

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.

Zespół (fond) 4.

Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

1426. Wykłady dogmatyki specjalnej pt. Dogamtica specialis, spisane przez Michała Burzańskiego (poł. XIX w.).

*STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE*

Львівська бібліотека  
АН УРСР

ВИДЦЬ РУКОПИСИВ

5296 1426/

1/1

№ 1426

VIII, B. 91

1  
I<sup>ma</sup> = pars.

Z księgozbioru  
Stanisława Spittala  
Dział, \_\_\_\_\_ No, \_\_\_\_\_

*Dogmatica specialis*

*Michael Burzański*  
*auditor II. anni s. Theologiae*  
*1865.*

L. -  
R. J. J. K. K. 381/30  
35.5. -

Prolegomena.

De scientia theologia dogmatica actu rōis & definitione  
 ejusdem incipere necesse est. Theologia dogmatica igitur  
est illa disciplinae theologiae pars, quae veritates ad  
Deum, ejusque opera attinentes, fide divina amplec-  
tenda (dogmata), prout sunt per divinam revelati-  
onem patefactae, et ab Ecclesia catholica conservatae  
atque semper et ubique traditae, perspicue, subtiliter  
et systematico ordine exponit.

Argumentum seu objectum Theologiae dogmaticae, vel, ut  
 accuratius loquamur, Theologiae dogmaticae catholicae  
 itaque ex definitione ejus data sunt veritates, ad Deum,  
 ejusque opera spectantes, theoreticae, quae ab Ecclesia tanquam  
 divinitus communicatae sunt omni tempore custoditae, ac

Argumentum.

semper et ubique tamquam fide divina tenenda fidelibus  
propositae, quaeque in Libris sacris et Traditionibus de-  
positae constant, et quidem haec omnes, sive caeterum sint  
jam per certam sententiam Ecclesiae definite enunciatae  
sive non. Praeter veritates autem ad fidem Catholicam  
spectantes non nisi illas, quae cum reuelatis necessariis con-  
haerent, et ad easdem collustrandas aut firmandas, seu,  
ut ajunt, rationi quoque suasibiliores reddendas conforunt,  
ex sana philosophia mutuatas, vel potius ex ipsa rerum na-  
tura petitas sibi adsciscit, reliquas autem omnes tamquam  
a suo argumento alienas respuit. —

Theologo viro, qui theologiae dogmaticae operam navare cu-  
pit, optime in mente retinendum est, fidem scientiae i-  
stius basin ac fundamentum esse, et ab illa necessario pro-  
gredi et iuxta illam semper dirigi debet. Res enim, de qua-  
rum intelligentia hic agitur, ejusmodi sunt, quas ratio si-  
bi relicta nunquam inveniret, seu ex principiis perspicue  
cognitis deduceret. Quare revelationem alio modo quam per  
fidem apprehendere non valemus, et prout omnis nostra in-  
stitutio et educatio religiosa ab auctoritate et fide initium

capiat necesse est, postea autem fidei scientia et ratio optime  
conjugi potest. . . .

Pars prima.

De Deo.

Sacra fidei nostrae dogmata evolventes ante omnia de Deo ejusq[ue]  
proprietas sermonem instituemus, et merito quidem, hoc enim  
fundamentum est omnis theologiae, hoc omnis verae religionis prin-  
cipium. Deus etenim est summa illa idea, omnium cogitatio-  
num nostrarum meta, ens supremum et perfectissimum, quod  
maxime nos invitat ad se noscendum, ipse est destinatio nostra  
et finis noster unicus est, ut Deum cognoscamus; absque Deo non  
datur religio, cujus ipse sicuti et omnis sapientiae, sanctitatis  
et verae felicitatis principium est, fons et origo. Revelatio  
quoque ipsa clamat ad nos dicens: "Sine cognitione u-  
niversi Dei veri non dari felicitatem, non dari vi-  
tam aeternam teste Evangelista: Haec est vita ae-  
terna: Ut cognoscant te, solum Deum verum, et  
quem misisti Jesum Christum." Et Apostolus Paulus

St. Joan. c. 17. v. 3.

Epis. ad Hebr. 11, 6.



ait: Credere autem oportet accedentem ad Deum, quia est, et quod inquirentibus se remunerator sit. Eadem unanimiter Patres omnes affirmant comparantes cognitionem Dei cum sole, sicuti sol illustrat corporei, ita cognitio Dei mentem hominum. -

### Conspectus dicendorum.

De Deo autem loquentes ab ejus notione exordium ducemus, dein de ejus existentia et attributis sermonem habebimus; sic autem in his exponendis versabimur, ut missis illis, quae in Theologia generali ex ratione illatae sunt, ea praecipue exponamus, quae revelatio nos docet, ac delictis tantum illis ex ratione, quae in exordio nondum dicta sunt.

### De notione Dei.

Quamvis vero neque cogitatione comprehendere, neque verbis exprimere valeamus supremi Numinis naturam ac majestatem: sufficientem tamen Dei notionem mente concipere valeamus, cum necessario ens vel potius spiritum perfectissimum

num a se, totius mundi Creatorem et Conserva-  
torem omnipotentem atq; Moderatorem sapien-  
tissimum et sanctissimum cogitantes.)

Haec autem est ea ipsa notio, quam nobis de Deo revelatio di-  
vina subministrat. Docent siquidem s. Litterae tam N. V.  
quam N. Testamenti:

1.<sup>o</sup> Deum esse ens realissimum, absolutum et neces-  
sarium seu ens a se. (Ita jam Deus ipse ad Moysen loquens  
affatus est de se: (Ego sum, qui sum i. e. ego sum ille, qui vere  
est) qui esse habet a se ipso. Unde et LXX. interpretes verte-  
runt: Εγώ ειμι ο υω. Quae deinde a Prophetis saepius repetun-  
tur. (Et Isajas ait: Haec dicit Dominus: Ego sum pri-  
mus, et ego novissimus, et absque me non est Deus i. e.  
ego sum, qui a nemine sum) a quo autem omnia sunt ac pendent,  
et ideo etiam sum Deus solus. In libro Job autem legitur: Ipse  
enim solus est. In N. vero T. Deus appellatur primus et  
novissimus, a et ω, principium et finis, qui est,  
qui erat, et qui venturus est, ο υω και ο ηρ και ο ερχο-  
μενος i. e. qui semper ac necessario adeoque a se est.

Exod. c. 3. v. 14.

Isaj. 44. 6.

Job 23. 13.

Apoc. c. 5. 4.

SS. Litteris consonant SS. Patres et docent, Deum solum ve-  
re esse et existere, reliqua vero omnia non existere,

Paedagog. l. 1. c. 8.

Genes. 1. 2.  
apud Ioan. 4. 24

Act. 17, 29.

De fide Cath. c. 1.

ut Clemens Alex. et S. Iustinus Martyr. Alii autem  
ut St. Gregorius Naz. oratione 30, Numero 18 cum aliis ait: Pro-  
2. prrium Dei nomen esse, qui est. Eadem de aliis perfectis  
omnibus docent SS. Litterae. Sic Deum esse Spiritum expres-  
se enim Moyses hoc nomine Deum appellat; Spiritus Dei fe-  
rebetur super aquas; et Iesus Dominus ait: Spi-  
ritus est Deus, et eos, qui adorant eum, in spiri-  
tu et veritate oportet adorare; et Apostolus: Ge-  
nus ergo cum simus Dei, non debemus aestima-  
re auro et argento, aut lapidi, sculpturae ar-  
tis et cogitationis hominis, divinum esse simi-  
le i. e. cum Deo simus similes atque anima rationali constemus;  
Deum quoque necessariis spiritum mente concipere debemus.  
Hinc et Ecclesia semper Deum esse Spiritum professsa est. Quae  
propter in re tam manifesta testimonia SS. Patrum omitti-  
mus, ad Concilium Lateran. III. solummodo provocantes,  
quod definit: Tres quidem personae, sed una essen-  
tia, substantia seu natura simplex omnino, quod  
idem est ac Spiritualis. Porro aequali modo SS. Litterae  
et SS. Patres et Ecclesia, Dei infinitam perfectionem

catollit. In ss. Litteris dicitur Deus; μὶνος ἕνος ὁλὸς sanc,  
tus, ὁλὸς potens, ὁλὸς sapiens, ὁλὸς bonus seu perfectus  
Ex Patribus duos adducere sufficit: Tertullianus adver.

Apoc 4, 6,  
1. ad Tim. 6, 15,  
Rom. 16, 27  
Math. 19, 18.

sus Marcionem l. 1. c. 3 ait: Nemo negabit, Deum sum,  
num magnum quid esse. - St. Augustinus in li  
bro 1. c. 7. n. 7 de doctrina Nōsti scribit: Omnes certatim  
pro excellentia Dei dimicant; nec quisquam in,  
veniri potest, qui hoc Deum credat esse, quo me,  
lius aliquid est.

Sic tandem Deum esse mundi totius sive physici sive mora, 4.  
lis auctorem omnipotentem ac conservatorem et recto,  
rem sanctissimum atq; sapientissimum, tota revelatio  
Christiana palam edicit et fide Ecclā in symbolis suis  
profitetur injungens fidelibus dicere: Credo in u,  
num Deum Patrem omnipotentem, creatorem  
coeli et terrae, visibilium omnium et invis,  
bilium.

Si quaeratur, an Deus definiri potest, distinguendum est, si  
sub definitione intelligatur enunciatio notarum, quibus Deus  
ab omnibus aliis distinguatur; tunc definitio dari potest, si  
eautem intelligatur talis descriptio, in qua essentia rei tota

Nota prima.

cahauriatur, talis definitio non datur, quem nos infiniti infini,  
sum comprehendere nullo modo valeamus.

Nota secunda.

Si autem quaeratur ulterius, in quo Dei essentia consi-  
tuenda sit, distinguendum esse quoque putamus inter essen-  
tiam physicam et metaphysicam. Essentia autem  
physica nihil aliud est, nisi ipsa perfectissima Dei na-  
tura seu quidquid in Deo est. Essentia vero metaphy-  
sica reponitur in illa proprietate, quae a nobis, ut prima  
concipitur, quaeque ita Deo propria est, ut eum a quoli-  
bet alio distinguat et ea quae omnes reliquas perfectiones  
tamquam ex fonte quoddam derivari possunt. Hoc positum  
dicimus essentiam Dei physicam reponendam esse sine discrep-  
tatione in cumulo omnium perfectionum divinarum.  
Quod essentiam metaphysicam non consentiunt Theolo-  
gi, sed alii in aëritate, alii in congerie perfectionum,  
alii vero rursus in intellectione actuali seu in intel-  
ligendi potentia infinita reponendam esse censent,  
probabilior tamen sententia illorum esse videtur, qui es-  
sentiam metaphysicam in aëritate reponunt. —

6

# De Dei existentia.

Deum existere dogma fidei est; in Symbolo Nicaeno-Constantinopolitano declaratum est: Credo in unum Deum. Thesis est contra atheos et illos, qui dicunt non posse se demonstrari existentiam Dei in SS. Litteris tradi atque ab Ecclesia doceri. Probatur vero Thesis

1<sup>o</sup> ex ss. L. V. et N. Testamenti et Ecclesiae fide et Traditione. Quas SS. Litteras sequentia habemus loca, aperte siquidem s. scriptura stultum et insipientem, qui Deum esse negaret, dicens: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.

Ps. 13, 1.

Uterius docetur, Deum in suis operibus cognosci posse, Sic Job ait: Interroga jumenta, et docebunt te: et volatilia coeli, et indicabunt tibi. Loquere terrae, et respondet tibi: et narrabunt praeceps meuris. Quis ignorat, quod omnia haec manus Domini fecerit. (Et ps. 99. v. 3

Job. c. 12. v. 4. et seq.

Coeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiant firmamentum.) Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, et non ipsi nos.

Ps. 99, 3.

Relate ad N. T. habemus st. Apostolum Paulum ita de veritate nostra perhibentem actorum siquidem c. 17 v. 24 ad sapientes in Athenis

Act. 17, 24.

opago congregatos veritatem divinae existentiae exponit dicens:  
(Deus, qui fecit mundum, et omnia, quae in eo sunt,  
hic coeli et terrae, cum sit Dominus, non in manu  
factis templis habitat etc.; deinde concludit, in ipso e,  
nim vi vivimus, et movemur, et sumus.) Et in episto-  
la sua dicit: Inexcusabiles, qui Deum ignorant,  
utpote quum per mundum creatum necessario ad  
Deum adrendatur, invisibilia enim ipsius ait Aposto-  
lus a creatura mundi, per ea, quae facta sunt,  
intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque e,  
jus virtus, et divinitas, ita ut sint inexcusabiles.  
Dei existentiam demonstrat a scriptura sive dum Dei attributa  
describit, sive Dei unitatem declarat, sive tandem diu diver-  
sas Dei apparationes, miracula ab ipso patrecta et vati-  
cinia edita narrat. Quod vero et S. Ecclae Patres et Doc-  
tores eandem veritatem propugnassent, unicuique eorum  
opera legenti facile patebit, ergo sive S. Litterae, sive fi-  
des Ecclae sive Patres luculentissimum argumentum nobis prae-  
bent Dei existentiae; ideoque falsa essent omnia systemata  
theistarum, quacumque illa sub forma Aradi possint, sine ul-  
la haesitatione concludere possumus. Hinc etiam ex argumen-

Rom. 19, 20.

tis supra allatis patet, falsam esse illorum sententiam, qui affirmant, demonstrationem de Dei existentia stricte talem fieri non posse, aut saltem nullam invidendam esse, sicuti et illorum, qui negant, Dei existentiam posse demonstrari in SS. Litteris Atradi atq. etiam ab Ecclia teneri; quum illae, ut ex testimoniis laudatis patet, recte contrarium doceant, atq. haec pari ratione semper id ipsum professsa est. Ex altera parte autem certissimum est, ideam et cognitionem Dei in mente hominis immediata ac supernaturali revelatione divina excitatam, et per historiam seu Atraditionem propagatam esse. —

De Dei unitate.

Probatâ existentia Dei, sponte sua ac necessario consequitur ejus unitas, seu non plures, sed unum tantum natura seu essentia et substantia esse Deum. Dicimus autem unum Deum in ea strictissima significatione, quae cujuslibet aequalis consortium excludit, ita ut Deus non tantum specie naturae ejusdem, sed et numero unus ac singularis sit.

Unitate Dei adversantur imprimis Gentiles, qui plures Deos Gentiles.



polytheistae  
daemonolatrae

antropolatrac  
zoolatrac

Gnostici

Aeones

Manichaei

Dualistae

colabant, et ideo polytheistae vocantur, ad quos idololatrac  
adnumerari possunt, sive illi sint, qui adorabant daemo-  
nes et ideo daemonolatrae vocantur, sive illi, qui hominibus  
divinum cultum praestabant, unde antropolatrac nominan-  
tur, sive illi, qui animalia colabant, et ideo zoolatrac audiunt,  
sive tandem, qui inanimata venerabantur. Praeter Gentes alie  
etiam dantur haeretici, ut Gnostici, qui Dei unitatem  
negabant, plures inducentes deos, quos Aeones vocabant,  
genealogias et conjugia / connubia / eorundem fingerentes. -  
Horum philosophorum systemata in Eccam Christianam in-  
tulerunt primorum temporum haeretici, inter quos Si-  
mon Magus, Carpocrates, Basilides, Valentinus,  
Marcion et alii. Inter omnes tamen haeticos, qui orien-  
talis philosophiae innocentia novis figmentis exornata restau-  
rarunt, praecipui fuerunt Manichaei ita dicti a prin-  
cipali erroris hujus propugnatore Manete, qui cum esset  
e Perside oriundus, veterum Magorum doctrinam cum Chri-  
stiana religione miscuit. Ille vivit 32 Eccae saeculo mul-  
tosque errores discipulis reliquit. Manichaeorum errori-  
taque consistebat in eo, quod ipsi duos Deos habebant seu dy-  
plex omnium rerum principium, ideoque etiam Dualistae

vocantur, bonum nempe et malum, utrumque ingenitum,  
 illud boni omnis ac rerum invisibilium auctorem, hoc omnis  
 mali atque rerum sensibilium et materialium causam; porro  
 hoc hoc veteris atq; illud novae Legis conditorem. - Recentiori tem-  
 pore Bayle dualismum restaurare conabatur. Illi tandem  
 tres divinas personas non solum relatione, sed natura ac Sub-  
 stantia realiter distinctas, affirmabant, Trithemistae prop-  
 terea dicti, cujus erroris auctor Philoponus quidam, obscuri  
 nominis homo, perhibetur. -

Trithemistae.

Contra hos omnes errores statuimus: unum et unicum esse  
naturam Deum. Doctrina haec de fide est, expresse siquidem  
 universalis Eccl<sup>a</sup> (in Symbolo Nicæno - Constantinopoli-  
 tano profitemur: πρὸς ἑνὸς εἰς ἓν Θεόν. Credimus in  
unum Deum.) Quod Symbolum in oecumenica Synodo E-  
 phesina a. 431. sicut in aliis receptum et comprobatum  
 est. Et in Concilio Lateran. IV. anno 1215 sic statuitur:  
Firmiter credimus et simpliciter confitemur, quod  
unus solus est verus Deus. Et in symbolo Athanasii,  
 ano legimus: Fides autem catholica haec est, ut u-  
num Deum in Trinitate et Trinitatem in unitate  
veneremur. Fides haec fundamentum suum agnoscit in ss. L.

tum V. tum N. T. et in Traditione Ecclæ.

Sic enim primo Moyses in libris suis exhibet Deum unum creatorem omnium rerum, primumque legis præceptum a Deo datum, de unitate Dei ponit: Ego sum Dominus Deus Avus, non habebis deos alienos. Atque idem impietatis in Deuteronomio inculcat Judæis, ne ipso vita functo abeant in errores ceterorum populorum. Dein Deuteronomii primum caute prohibet, ne hominum imagines aut animalium idorent, tum ab adorum cultu ipsos deterrere, unum verum Deum esse, dicens, enim sic Judæos alloquitur: Ne forte elevatis oculos ad coelum, videatis solem et lunam, et omnia astra coeli et errore deceptus adores ea et colas, quae creavit Dominus Deus Avus in ministerium cunctis gentibus, quae sub coelo sunt. Et versu 39 ita concludit: Scito ergo, et cogitato in corde tuo, quod Dominus ipse sit Deus in coelo sursum et in terra deorsum, et non sit alius. Quod inferius brevius ita repetit deuteronomio: Clamabit Israël, Dominus Deus noster, Dominus unus est. Et Deuteronomio

Exod. 20-2,4.

D. libro II. c. II

Cap. III. v. 18-39.

Deutr. c. 6. v. 4.

ait Deus: Videte, quod ego sim solus, et non sit alius  
Deus praeter me. —

Deutr. c. 32, 39.

Eadem uno ore prophetae declarant, et reliqui libri sacri  
V. T. testantur. Ut unum aut aliud videamus, sit Psal.  
mista ait: Quis Deus praeter Dominum? aut quis  
Deus praeter Deum nostrum. Et Isajas ait: Ego pri-  
mus et novissimus, et absque me non est Deus, in  
quibus locis unitus Dei aperte declaratur.

Ps. 17 v. 32.

Isaj. 44. 6.

Sed et N. T. clare nobis eandem veritatem ostendit. Le-  
gis enim perito interroganti, quodnam esset primum omni-  
um mandatorum, respondit Iesus Dominus Marci c. 12. v. 28.

Quicum primum omnium mandatum est, (audi Israel,  
Dominus Deus tuus, Deus unus est) et statim addit v. 30.

Dilige Dñum Deum tuum ex toto corde tuo, ut nempe  
ostendat non posse cor nostrum cum alio divisum habere, quicum  
nullo divisam habet divinitatem suam; et Joannis ait:

Joan. 17, 3.

(Haec est vita aeterna: Ut cognoscant te, solum Deum  
verum, et quem misisti Jesum Christum.) Et apertissime e-  
dem declarat Apostolus in prima sua epistola scribens: Sci-  
mus, quia nihil est idolum in mundo, et quod nullus  
est Deus, nisi unus. —

1. Ep. ad Corinth. 8. 4.

St. Gregorius. Naz.

Hanc veritatem Patres quovunque saeculo professi sunt;  
brevitatis gratia adducam inter ceteros St. Gregorium Na-  
sianensem, St. Augustinum et Tertullianum. Primus itaq;  
oratione 37 agit: Tria haec unum si divinitatem spec-  
tes, nobis Deus unus est, quoniam una deitas.

St. Augustinus

Alter sermone 52 de verbis Evangelii ait: Fide rectissi-  
me ac robustissime retineamus, Patrem et Filium  
et Spiritum sanctum inseparabilem esse Trinita-  
tem, unum Deum non tres deos.

Tertullianus.

Et Tertullianus adversus Marcionem lib. ix. 3. dicit: De-  
us si non unus est, non est. Ulterius Patres ex ratio-  
ne contra Gentiles Dei unitatem demonstrabant de-  
sumentes argumenta:

1<sup>o</sup> Ex ipsa de Deo idea, quae nobis inest, nam mens  
nostra sine sufficienti ratione nihil admittere potest, et  
hic insuper sibi et ipsi repugnaret, quum ens non ne-  
cessarium quale manifeste omnis alter et quivis ulterior  
Deus esset pro ente necessario haberet.

2<sup>o</sup> Ex notione Dei infinitae perfectionis, quae numero  
deorum assumpto tollitur, summum enim omnium non

esset, cui aliquid aliud adaequare possit.

3<sup>o</sup> Ex admirabili mundi universi dispositione et administratione. Omnes siquidem partes tam apte inter se conne,  
dae sunt, ut appareat unicum esse rerum opificem et mo,  
deratorem. Hoc enim in casu quaeri posset, utrum unus  
ad res condendas et moderandas sufficeret aut non, Si pri,  
mum, tunc inutiles reliqui, si secundum, nullus summus  
Deus erit.

Tandem unius Dei cognitio etiam in medio idololatriae  
servatam fuisse apud gentes deprehenditur, ut in impro,  
visis unius Dei periculis ex invocationibus et exclamationi,  
bus apparet.

## De Dei a mundo diversitate.

Licet revelatio nobis ostendit, unum esse substantia Deum,  
unicum tamen eum ita dicit, ut simul diversitatem ejus ab  
universo hoc mundo contingente clarissime ac verbis defini,  
sis asserat. Hinc et Eccl<sup>a</sup> semper docuit, Deum <sup>non</sup> cum mun,  
do confundendum esse, sed illum creatorem et dominum mun,

Pantheismus, di existere, unde consequitur, falsum esse Pantheismum, quicumque ille sit, sive illum; qui omnia ea identia pro Deo habet, licet spiritualitatem ejus, in quo a materialis, mo differt, non denegat, sed divinum spiritum substantiam mundi statuit, cui omnia adhuc pertinentia tamquam accidentia inherant, ens infinitum in ens finitum transformans, sive 2<sup>o</sup> sit Spinozisticus, qui assumit unam tantum substantiam esse, duobus infinitis attributis, extensione scilicet atq; cogitatione praeditam, quae omnium rerum causa sit efficiens. Sive 3<sup>o</sup> Identalicus seu Schellingianus, qui Deum ex principio quodam obscuro se ipsum rerumque universitatem evolvere statuitur, sive 4<sup>o</sup> Panlogisticus seu Hegelianus, qui summam notionem seu existentiam eandem esse asserit, quae in rerum natura prorumpit, in eadem continuo perficitur ac in mente humana ad spiritualitatis ac divinitatis suae conscientiam evahitur; sive 5<sup>o</sup> Idealisticus seu Fichteanus, qui praeter το' ε'ν' nihil reale agnoscens omnia, quae sunt, ab idea absoluta proficisci et Deum non esse, nisi ipsum το' ε'ν' unde aphtoteismus dictus. -

Sed de fide est, Deum esse a mundo diversum, nam Concilium La-  
 teran. IV. expresse Pantheismum damnat cap. 1. de fide Catholi-  
 ca definiens: "Firmiter credimus, et simpliciter confitemur,  
quod unus solus est verus Deus, creator omnium in visibilibus  
et visibilibus, spiritualium et corporalium: qui sua omni-  
 potenti virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo con-  
didit creaturam, spirituales et corporales: angelicam vi-  
delicet et mundanam: ac deinde humanam quasi commu-  
nem, ex spiritu et corpore constitutam." Praeterea cap. 2. Alma-  
 rici dogma perversissimum reprobavit, qui dicebat: "Deum  
non videri in se, sed in creaturis, sicut lumen in aere, et  
omnes creaturas in fine in Deum redire, et in ipsum converti,  
ut sint unum individuum cum ipso." Tandem Concilium  
 Constantiense proscripsit sessione IV<sup>a</sup> sequentem sententiam Wi-  
 cleffi: "Quaelibet creatura est Deus." -

Fundamentum suum veritas haec agnoscat in s. Litteris. Licet enim  
 iuxta s. Litteras Deus una rerum omnium principium sit inexistens,  
 et inde praeexistens, in quo vivamus et moveamur et  
 simus: caedem tamen ubique simul tradunt, Deum esse a  
mundo distinctum. Dicunt enim, mundum huncce, tum physici. **T**  
 cum tum spirituales, a Deo e nihilo solo voluntatis suae omni-



Genes. 1. 1.

Psalms. 32. 9.

2. Ep. ad Cor. 5, 10.

Ep. ad Hebr. c. 1. v. 1-2.

Ep. Hebr. v. 13<sup>o</sup>

potentis vultu esse productum. Genesi 1. v. 1. „In principio creavit Deus coelum et terram.“ Et psalms declaratur: „Quoniam niam ipse dixit, et facta sunt, ipse mandavit, et creata sunt.“

2. Deum esse distinctum a nostris 20<sup>o</sup> Exis evidenter etiam in N.

T. per Apostolum asseritur: „Omnes enim nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis sui, prouti gessit, sive bonum, sive malum.“ Et in

Epistola ad Hebraeos dicitur: „Deum multifaria multisque modis locutum esse olim nobis per prophetas et novissime in filio, qui nostram naturam sibi univit, in similitudinem hominum factus et habitus inventus, ut homo.“

Verſu 13<sup>o</sup> magis declarat veritatem nostram, dum ait: „Tu in principio Domine terram fundasti et opera manuum tuarum sunt coeli, ipsi peribunt, tu autem permanebis, et omnes ut vestimentum veterabunt, et velut amictum mutabis eos et mutabundur, tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.“ Insuper ss. Litterae declarant, Deum

3. esse spiritum purissimum et simplicem omnino, solum bonum et perfectum, solum esse, qui vere sit, qui sit primus et novissimus, seu aeternus, utpote „qui est, qui erat, et qui venturus est, atque semper idem est seu immutabilis.“

Res vero mundi in tempore esse ortas, corruptioni et interitui obnoxias. Tandem omnes res finibus suis esse circumscriptas, quas Deus sua immensitate excedat et contineat, ubi ait rex Salomon: "Si coelum et coeli coelorum te capere non possunt, quanto magis domus haec, quam aedificavi?"

l. Reg. c. 8 v. 27.

Quin ipsa jam sana ratio systema Pantheisticum tamquam se, cum pugnantis atq. omne studium virtutis ac sanctitatis proorsus evertens improbat ac rejicit. Etenim

1<sup>o</sup> Pantheismus discrimen necessarium inter spiritum et materiam respuat, unam non nisi substantiam statueris, quod est con. Ara sensus interni testis morium, quo nos diversa objecta a mundo externo et etiam nostro corpore novimus.

2<sup>o</sup> Ideam Dei destruit, et loco entis infiniti ens solummodo potentia infinitum, revera autem finitum constituit; mundum vero limitatum ac finitum tamquam absolutum seu necessarium, adeoque infinitum esse fingit aut ponit.

3<sup>o</sup> Liberum hominis arbitrium inficiatur, vel nomine tantum retinet, reapse autem tollit, tradens, hominem, etsi sponte sua, necessariis tamen agere, quaecumque agit.

4<sup>o</sup> Tandem immortalitatem animae negat, dum contendit, hominem post hanc vitam a substantia divina absorptum, et existentiam singulorum extinctum iri. —

*Sectio secunda*

*De absoluta Dei substantia  
essentia seu  
natura.*

14

Natura Dei neque plene intelligi neque  
explicari potest. ~

Thesis haec contra Thetium et Eunomium, qui saeculo IV. in tantam coecitatem et arrogantiam prolapsi sunt, ut assererent, se Deum perspicue et clare virtute naturali intueri, sicuti semetipsos aliosque homines. Quem errorem postea saeculo XIV. a. 1311. saltem ex parte renovarunt Beguardi et Beguinae, damnati a Nemete V.

Quod vero Deus incomprehensibilis et ineffabilis sit, ita ut homo, qui finitō intellectu praeditus, plene ac distincte naturam divinam percipere et exaequare, neque lingua sua effari valeat, non solum de fide est, sed etiam id ipsum est. Litterae aperte docent, et Ecclia clare tradit atque ratio ipsa facile perspicit, et re quidem vera, nam fides dogmatis istius ex definitione Concilii Lateran. IV. aperte declaratur, quod ita statuit: "Firmiter credimus, et simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus, aeternus, et immensus, omnipotens, incommutabilis, incomprehensibilis et ineffabilis, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus."

De fide Cath. c. 1.

Item ex condemnatione errorum Beguardorum et Beguinarum in Concilio Viennensi /anno 1311 et 1312./ -

Job. 11, 7 et 8.

Quod spectat ad S. Litteras V. T.; habemus veritatis no-  
strae testem Jobum, ubi ait: "Forſitan veſtigia Dei comprehen-  
des et uſque ad perfectum omnipotentem reperies, excelsior  
coelo eſt, et quid facies, profundior inferno, et unde cognoſceſ?"

Job. 36, 26.

(Et porro c. 36, 26, "Deus magnus, vincens ſcientiam noſtram;"  
et Eccleſ. legitur: "Terribilis Dominus, et magnus vehemen-  
ter, et mirabilis potentia ejus. Exaltate eum, quantum pote-  
ſtis, major enim omni laude; ne laboretis, non enim con-  
prehendetis." -

Joann. 1, 18.

Et in N. T. legitur: "Deum nemo videt unquam, ſed unigeni-  
tus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit." Et Apoſto-  
lus ait; imperfectam cognitionem eſſe omnem noſtram de Deo co-  
gnitionem, dum dicit: "Videmus nunc per ſpeculum in ae-  
nigmate; tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex  
parte: tunc autem cognoſcam, ſicut et cognoſtus ſum".

1. ad Corinth. 13, 12.

Et exclamat porro: "Quanto incomprehenſibilia ſunt ju-  
dicia ejus et ſeſt) inveſtigabiles viæ ejus." )

Epiſt. ad Rom. 11.

Et Patribus unum adducere S. Auguſtinum ſufficiat,  
qui in Psalmo 85<sup>o</sup> ait: "Deus ineffabilis eſt, facilius dici-  
mus, quid Deus non ſit, quam quid ſit." Et ſermone 117<sup>o</sup>  
ait: "Attingere aliquem tum mente Deum magna beati"

tudo est, comprehendere autem omnino impossibile."--

Tandem ratio ipsa, quae se finitam esse novit, atque infirmitatem in ipsis rebus creatis cognoscendis ubique sentit, facile intelligit, deum esse mysterium, quod nulla creatura finita cognitione perfecta et adaequata assequi potest.--

## Revelatio divina et ratio sufficientem Dei notitiam nobis praebet.--

Quamvis claram omnino nobis notionem Dei affirmare, atque neque consiliorum ambitum neque internam rationem nostram perspicere valeamus: tamen intelligimus, qualis Deus cogitandus sit, vel potius, ut verbis S. Augustini uter, qualis non sit cogitandus. Et re ipsa haec enim est sententia, quam Ecclesia semper tenuit et tenet, ut vides nunc ex agendi ratione summi pontificis Gregorii XIII. qui adegit Bautainium ad subscribendum thesion sibi ab Episcopo propositam, nempe rationem existentiae Dei ejusque perfectiones cum certitudine demonstrari posse. Insuper scripta Hermesii inter alia propterea condemnavit idem pontifex, quod Hermesius argumenta

ad existentiam Dei adhiberi solita repudiaverit, et prae-  
terea asseruit, rationem sibi relictam ad infinita divinam,  
tributa probanda non sufficere. —

Haec veritas fundamentum suum habet in S. Letteris,  
ut facile videre est apud S. Apostolum Paulum, qui ad  
Rom. c. 1, v. 18-20. reprehendens Gentiles ait: „ Qui gentes  
veritatem Dei in iustitia detinuerunt, quia quod notum est  
Dei, manifestum est in illis, Deus enim illis manifestavit.

Invisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea, quae  
facta sunt, intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque,  
que ejus virtus, et divinitas: ita ut sint inexcusabi-  
les. ” Et in psalms jam pluries citato dicitur: „ Coeli e-  
narrant gloriam Dei etc.... ” —

Patres vero pro delicto reputant illis, qui Deum non co-  
gnoscunt, ut ait Tertullianus: „ Haec est summa de-  
lecti nolentium recognoscere, quem ignorare non possunt. ” Et utramque thesim, antecedentem atque praeser-

tem, pulcherrime sequenti modo S. Augustinus declarat:  
„ Qui Deus ubique secretus est, ubique publicus; quem  
nulli licet, ut est, cognoscere, et quem nemo permittitur  
ignorare. ” —

Apoloq. n. 17.

In Enarr. in Psalm. 74  
n. 9.

Nota.

Loquentes de natura Dei, quaestio huc pertinet illa, in qua quaeri solet, an Deus et quomodo perfectiones omnes in se contineat. Ut quaestioni satisfiat, ad amissimam distinctionem prius perfectionum tradenda est. Perfectiones itaque aliae dicuntur simpliciter simplices, aut etiam simplices et mixtae.

Perfectio simplex illa est, quae in conceptu suo nullam imperfectionem involvit e.g. sapientia, intelligentia, sanctitas etc. . . . Mixta autem perfectio illa vocatur, quae locum perfectionem et realitatem contineat, tamen defectum seu imperfectionibus mixta e.g. extensio, motus etc. . . .

His positis ita quaestio proposita solvetur, ut nempe dicatur, Deum habere omnes perfectiones simpliciter simplices formaliter, mixtas autem eminenter vel etiam virtualiter. Formaliter autem habere aliquid, nil aliud est, nisi in conceptu proprio rem possidere. -

Eminenter aliquid habere, significat eandem rem non proprio sensu aut conceptu, sed virtute, vel praestantiori ratione et modo possidere. - - -



## De attributis Dei singillatim?

Investigata Dei existentia ac natura ad clariorem ipsius divinitatis naturae cognitionem, ejus proprietates, quae usitatissimo nomine attributa appellantur, sese offerunt examinendae. Sunt autem haec attributa perfectiones, quae divinam substantiam secundum varios se agendi et habendi modos definiunt, et propterea de illa in se considerata necessario praedicari debent. Varius est autem attributorum divisio, alia enim absoluta dicuntur, seu simplicia et simpliciter simplicia, quae sunt proprietates ad ipsum substantiam et essentiam pertinentes, graece ἀκρίβητα, νοητά et ἀπερίδικτα, haec, quae communes sunt tribus divinis personis. —

Alia vero attributa relativa dicuntur, seu graece ἰδιώματα, quae characteres trium in Sanctissima Trinitate personarum significant et praedicata Dei relativa, quae rationem ipsius ad mundum designant. —

Alia distinctis attributorum haec est, quae discernit attributa inter positiva et negativa; prima, quia positiva forma exprimuntur, ut sapientissimus, sanctissimus etc. . . . alia, quia negativa, ut imensus, infinitus etc. . . .

Antequam ad singula attributa divina in specie consideranda

accedamus, remanet nobis una adhuc quaestio agitata atque  
 solvenda, utrum nempe attributa divina sive absoluta sive re-  
 lativa illa sint inter se ad invicem et a natura divina distin-  
 quantur, et si distinguuntur, quomodo distinguui possunt.  
 Ut autem haec quaestio ordine procedat et complete absolvatur,  
 noscendum imprimis est, quae duplex distinctio dari potest. Distinc-  
 tio itaque alia est realis seu κατὰ πρόσωπον, alia vero ratiōnis  
κατὰ ἐπίνοιαν. Distinctio realis illa est, quae reipsa existit,  
 ut inter diversa objecta atque diversas partes in composito  
 aliquo. - Distinctio ratiōnis seu cogitationis interea intercedit,  
 quae licet unum sint reipsa, tamen cogitatione ut distincta  
 spectantur ita, ut nobis unius in alterius notione non est in-  
 clusa. Hac facta declaratione et ad resolvendam propositam  
 quaestionem proximius accedentes duo vitiosi errores, sibi  
 oppositi, peraeque vitandi sunt. Alter eorum est, qui nil  
 in Deo, ne cogitatione quidem distinguui voluit. Hinc attributa  
 omnia et natura et nomina omnia, quibus divinae uterunque  
 declarantur, ipsam significare naturam ajunt. Hic error  
 in Actio et Eunomio notatus est. Alter vero huic oppositus  
 error Gilberto Porretano, Pictaviensi Episcopo attribui-  
 tur, qui saeculo VII. docuit, proprietates divinas, cum esse

invicem, tum a natura et essentia divina realiter se,  
jungi, hinc dicebat, magnitudinem, sapientiam, divinitatem  
non esse ipsam Deum, sed esse formam, qua Deus ma-  
gnus sapiens, justus sit, quam doctrinam Socinianii resuscita-  
runt, et saeculo XIII Joacimus Abcis, qui inter essentiam di-  
vinam et personam realem distinctionem dari docuit. Doctri-  
na ergo Catholica haec est, quae licet nullam realem distinc-  
tionem admittat, sive inter attributa absoluta inter se, sive  
inter haec et divinam essentiam, admittendam tamen omni-  
no esse docet illoem distinctionem, quae κατὰ τὴν νόησιν seu  
cogitationis dicitur. )

Quamvis enim Deus, tamquam ens absolutum, simplicissi-  
mus, atque neque ex partibus, neque ex accidentibus seu adven-  
titiis qualitatibus vel affectionibus ullis compositus sit; quo-  
miam tamen non est res inanis, sed tamquam spiritus aequè  
perfectissimus ac necessarius potius completus atque plenus  
de omni perfectione, et propterea, licet sit infinitus, certe  
non est simul indefinitus: possumus in eo comparate, vel  
potius opposite ac relate ad entia finita, praecipue men-  
tem nostram, diversos se habendi et agendi modos discernere,  
atque ipsum modo hoc modo illo respectu considerare, sique  
varius ἔννοιας de eo mente formare et verbis exprimere,

quod quoddam Deum eo magis est necessarium, quam intellectus noster sit angustior, quam ut uno aspectu naturam Dei integram intueri possit. Hinc divina attributa sunt non nisi ipsa divina substantia diverso sub respectu considerata; atque licet  $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}$   $\pi\omicron\lambda\lambda\acute{\alpha}\nu\mu\alpha$  ab hac minime differant, tamen  $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}$   $\epsilon\pi\iota\upsilon\omicron\lambda\alpha\tau$  et cum ea et secum invicem minime sunt confundenda. Re ipsa autem, seu  $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}$   $\sigma\tau\omicron\lambda\lambda\acute{\alpha}\nu\mu\alpha$  attributa a divina essentia et a se invicem discerni seu dividi haud possunt; quoniam de Deo, tamquam ente necessario, nihil praedicari potest, quod in ipso absoluta necessitate non adsit, et hinc ipse non sit, seu ad ipsius essentiam non pertineat. Haec omnia in S. Litteris et Traditione fundantur. —

De attributis divinis, in specie dissidentes  
ab eius simplicitate exordium ducemus. Deus ita,  
est simplicissimus seu spiritus purissimus. —

Cum Deum simplicissimum esse dicimus, id sensu dogmatico intelligere volumus, id est: „Deum prorsus ex nullis partibus distinctis, quae nexae invicem et conjunctae ipsum efficiant, constare, omnique compositionis esse expertem,

sive quae fit ex partibus quantitativis, ut ajunt, aut in-  
tegrantibus, sive quae ex corpore et anima, materia et for-  
ma, sive quae ex substantia et accidente, aut ex essentia  
et existentia, ex potentia et actus, ex natura et personali-  
tate seu individua, vel etiam ex genere et differentia.  
Simplicitatem Dei impugnaverunt praeter Idololatrias,  
qui deos humana specie aut certe corporibus praeditos fin-  
xerunt, et Saduceos, qui nullam pure spirituales sub-  
stantiam admitterent, antiqui Manichaei, qui docebant  
Deum infinita mole esse diffusum, porro quidam Monachi  
Aegypti saec. IV. Anthropomorphitae propterea dicti, qui  
Deo formam hominis affinxerunt, Graeci Palamitae, qui  
virtutem divinam, Gilbertus Porretanus et Sociniani,  
qui, ut supra commemoravimus, divina attributa, et So-  
achimus Abbas, qui divinas personas a divina substantia  
re ipsa distinguebant, nec non Pantheistae recentiores,  
qui Deum cum mundo confundunt.

(Propositio nostra fidei dogma est, uti ex Concilio Laterano,  
IV<sup>o</sup> verbis: „Unco essentia, seu natura simplex omni-  
no“ patet. )

(Demonstratur haec veritas ex S. Litteris, Exodo dicitur:

Manichaei

Palamitae

Sociniani

Pantheistae

Exod. 20. 4.

"Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quae est in caelo desuper, et quae est in terra deorsum, nec eorum, quae sunt sub terra in aquis." Et Joanne dicitur (Spiritus est Deus: et eos, qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare.)

Joan. c. 4. 24.

Insuper eadem veritas ex eo probetur, qui in Litteris S. Italiae attributa Deo adscribuntur, quae simplicitatem omnino tradunt (produnt). Praedicatur enim ibidem, quod sit im-  
mensus, mutationi nulli obnoxius, incorruptibilis, invisi-  
bilis et alia similia.

Patrum autem et Ecclae fides et sententia non solum ex con-  
futatione errorum Antropomorphitarum, Palamitarum,  
sed etiam ex condemnatione erroris Gilberti Porretani et  
Joachimi, nec non Conciliorum definitionibus patet.

S. Litteris autem S. Patres et Ecclesiae consonat ratio,  
et ipsa humana. - Impossibile enim, Deum ens infini-  
um, compositum, cui partibus constanter, dari posse, as-  
firmat ratio. Tunc enim partes, quibus Deus compositus sup-  
ponitur, aut omnes infinitae essent, aut finitae. Si  
primum, tunc tot dii, quot partes essent, si secundum,  
tunc ex finitis infinitum exurgeret, quod utrumque  
absurdum est. -

## Deus est immutabilis.

(Sub immutabilitate intelligitur, illa Dei perfectio, quae ipse idem semper est, et in eodem semper statu permanet, omnino incapax, qui in melius vel deterius verti queat.) Hoc attributo itaque in Deo negatur omnis transitio de uno mundo se habendi ad alium, tum respectu sui ipsius, tum respectu rerum externarum quarumcunque, et priori intuitu tam quoad Dei substantiam quam quoad eius infinitam scientiam et voluntatem perfectissimam.

Stoici.

Insurrexerunt contra veritatem propositam Stoici, qui Deum mutationi obnoxium cogitabant, Sociniani autem mutationem in Deo, non quidem ratione substantiae, sed decretorum admittunt.

Sociniani.

Verum utrumque falsum est, ut ea dicendis patebit.

Deum immutabilem esse, fides Catholica cum Concilio Nicaeno, non primo proficitur, quod contra Arium, qui creaturam et mutabilem Christum Dominum esse docuit, definit, dicens: „Eos, qui dicunt: Erat aliquando, quando non erat, etc. — vel mutabilem vel convertibilem Filium Dei; anathematizat Catholica et Apostolica Ecclesia. Et Arium

in Conc. (Lateran. IV. quod statuit: „Firmiter credimus et simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus, aeternus et immensus, omnipotens, incommutabilis, -)

Veritas haec auctoritate SS. Litterarum demonstratur (in Psalmo, postquam dixerit psalmista: „Inibis Tu Domine fundasti coelum et terram, ita quoad naturam Dei carnis („ipsi peribunt, tu autem permanes“) et sicut vestimentum veterascent: et sicut serapertorium mutabis eos, et mutabuntur. Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.“)

Ps. 101, 27.

Relate autem scientiam Dei ait Sapiens: „Et cum sis unus, omnipotens, et in se permanens omnia innovas.“

Sap. 17, v. 27.

Quoad voluntatem vero divinam legitur Numeri: „Non est Deus quasi homo, ut mentietur: nec ut filius hominis, ut mutetur.“ Et Malachiae dicitur: „Ego Dominus, et non mutor.“

Numer. 23, 19.

Malach. 3, 6.

Omnia autem comprehendit Apostolus S. Iacobus: „Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est ~~transmutatio~~ mutatio, nec vicissitudinis obumbratio.“

S. Iacob. 1, 17

De Traditione Patrum non est necesse, cur loquamur. Ex definitionibus enim Conciliorum supra allatis sat superque eorum sententia patet, nec obstant huic veritati, ut quibusdam antiquis haereticis visum est, et recentioribus Parthe-



istis etiam nunc videtur, neque creatio mundi, neque reve-  
latio supernaturalis, neque ipsa Incarnatio, neque ira, poe-  
nitentia, et aliae animi motiones, quarum mentio est in Scrit-  
uris. Etenim quod ad creationem attinet: non mutatur ideo  
Deus, quando creat, aut revelat aliquid, nec innovat volunta-  
tem suam, sed quod ab aeterno statuit, aut voluit, ideo  
tempore eodemque modo, quod voluit, fiunt. Quod autem  
attinet ad motionem, quae Deo tribuuntur, haec, ut jam supra  
invenimus, Deo non nisi spectato effectu tribuuntur et se-  
cundum nostrum cogitationis modum exprimuntur. —

## Deus est aeternus.

Aeternum vel sempiternum ex communi usu loquendi pro-  
pria dicitur, quod neque initium habuit, nec cessare unquam  
potest, ad plenam tamen aeterni notionem pertinet adhuc,  
quod illud non evolatur per partes, sed omnem motionem et  
successionem affectionum excludit, non enim praeteriti,  
praesentis ac futuri differentiam habet, sed in puncto ac  
momento consistens, mutationem ac successionem et vicis-  
situdinem ignorat. Est itaque aeternitas constans et fi-

xa temporis omnis atque principio et exitio carens praesentia, seu immutabilis, principio et fine carens duratio.

Hinc aeternitas in Deo, est illa perfectio, qua ipse uti limitum temporis, initii et finis, ita et successioni ac motoris ejusdem est expertus: seu est interminabilis existentiae vel potius vitae plenitudo. -

Adversarii hujus divinae perfectionis Sociniani sunt, qui quidem fatentur, Deum aeternum esse, qui nec principium nec finem habet, verum aeternitatem ejus successioni et variis temporum differentiis obnoxiam esse sentire videntur.

Sociniani

Attamen Deum esse sancta exposito aeternum, fidei dogma est, etenim in Concilio Nicaeno et Lateranensi IV<sup>o</sup> loco supra citato aeternitas Dei definitur expressis verbis, cui definitioni addere licet, quod legimus in Symbolo Athanasiano (Aeternus Pater, aeternus Filius, aeternus Spiritus Sanctus; et tamen non tres aeterni, sed unus aeternus. -)

Doctrina haec fidei in S. Litteris tam N. quam V. T. ducitur, nam Psalmo 101<sup>o</sup> v. 25 dicitur: „Initio tu Domine terram fundasti et opera manuum tuarum sunt coeli, ipsi peribunt, tu autem permanes, et omnes sicut vestimentum veterascent, et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur, tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.“ Et Psalmo 89<sup>o</sup> v. 2: „Priusquam montes fierent, aut formaretur terra et orbis, a saeculo

Ps. 101. 25. - 28.

Isaj. 41. 4.

2. Ep. 3. v. 8.

Apoc. 1. v. 8.

culo, et usque in saeculum tu es Deus. (Et Isajae 41. 4, "Ego Dominus primus et novissimus ego sum".) Et S. Petrus in Epistola sua 2. c. 8. v. 8. dicit: "Unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus." Et Apoc. calypso c. 1. v. 8. ("Ego sum  $\alpha$  et  $\omega$ , principium et finis;") in quibus omnes aut verbis expressis, aut facili ratiocinatione aeternitas Dei patet. Quod autem scriptura S. patres nos docent, idem ratio nostra confirmat, quae, cum Deum ens perfectissimum ac necessarium agnoscat, eodem etiam aeternum nullisque vicissitudinibus obnoxium esse debere, declarat.

## Deus est immensus.

Hoc attributum magnam habet cum aeternitate affinitatem. Quemadmodum Deus nullis temporum spatibus continetur, ita nullis locorum legibus illigatur, sicuti ipse in tempore non est, sed tempus in ipso, ita etiam in rebus non est, sed res in ipso, et sicut aeternitas omni successione caret neque per partes evoluitur, ita immensus omni extensione caret et per spatium non dividitur.

Est itaque immensitas Dei, de qua nobis hic sermo est, nihil ali-  
 ud, quam illimitata eius in rebus omnibus totalis inexisten-  
tia seu praesentia, vel ut accuratius loquamur, illa perfectio,  
 qua Deus omni termino spatii ac loci, nec non extensione  
 seu concretione / Sam Naburrimundunipini / carens, res omnes  
 pervadit ac penetrat, iisque non tantum sua potentia  
 ac operatione, sed et sua substantia intime praesens est,  
 et quidem totus, et absque ulla limitatione ac termino."

Hinc non est Deus in singulis rebus atque singulis loci par-  
 tibus praesens per divisionem, vel multiplicationem, vel per  
 contactum physicum corporis instar, sed tamquam simplex,  
invisus, ubique totus, modo simplicissimo, neque ullis locu-  
 rum limitibus includitur, sed potius locum ipsum continere  
 dicendus est. Modus itaque, quo Deus immensitate sua res o-  
 mnes replet ac continet, quin tamen ab iis contineatur, pro-  
 prius singularis est, atque a mente nostra, phantasmatibus  
 et corporeis imaginibus assueti, nec vere concipi nec explicari  
 plene potest. —

Adversarii huius veritatis praeter antiquos Platonicos, qui  
 Deum in sphaeram quandam igneam commorari existi-  
 mabant, sunt etiam Valentiniani et Gnostici, qui cum duo  
 principia statuebant, bonum in regione lucis, malum in

Platonici

Valentiniani, Gnostici

Sociniani

regione tenebrarum collocabant, quibus haereticis etiam  
Materialistae associantur. Novi vero Sociniani, virtute et o-  
peratione tantum Deum praecise rebus, non autem substantia,  
qua sola tantum Coelo contineri, quam opinionem saeculo  
XVI Steuichus Eugubinus tenebat. -

Theſis igitur nostra contra hos omnes ita institui potest: „De-  
us rebus omnibus ac locis non tantum cognitione et operatione,  
sed etiam essentia sua seu substantia inteme, summo in gra-  
da ac immediate praesens est.“

Veritas haec fidei dogma est; ex Concilio Lateran. III, ubi expres-  
se definitur: „Deum immensum esse“; pariter ex Symbolo  
Athanasiano, ubi legitur: „Immensus Pater, immensus Fi-  
lius, immensus Spiritus Sanctus.“

Psalm. 138 v. 7.

Quae fides imprimis S. Litteris fundatur tam V. quam N.  
T. Ita enim Psalmo legimus: „Quo ibo a spiritu tuo? et  
quo a facie tua fugiam? Si ascendero in coelum, tu illic  
es; si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pen-  
nas meas diluculo, et habitavero in extremis maris. Ete-  
nim illuc manus tua deducet me: et tenebit me dexte-  
ra tua.“ Et Job: „Excelsior coelo, profundior infernis, lon-  
gior terra, latior mari.“ Et Baruch: „Magnus est, et non

Job. 11

Baruch. c. 3. v. 25.

habet finem: excelsus et immersus.)

Ex N. Testamento habemus imprimis locum (quod St. Matthaeum,  
ubi Notus Dominus docet: "Coelum esse thronum Dei, terram  
autem scabellum pedum eius") Et St. Apostolus Paulus in cor,  
ropago cit. dicens: "Deus non longe ab unoquoque nostrum in  
ipso enim vivimus, movemur et sumus."

Aerop. 17. 27

Quod spectat ad Patres, hi unanimiter confirmant, Deum im,  
plere omnia et omnia complecti immensitate sua. -

Licet Deus sit ubique praesens sua substantia, tamen non  
eodem modo sua efficacia virtutis. Hinc sedem suam in coelo  
habere dicitur, quia ibi potentiae et munificentiae suae ex,  
plicit divitiis, sic in justis speciali ratione per gratiam prae,  
sens esse dicitur, locutiones autem illae sacramum litterarum, ubi  
Deus descendere de coelo, aut ascendere dicitur, sensu metapharico  
et humano captui accommodatae accipiendae sunt et significant  
Deum propitium per beneficia sua et per miracula se manife,  
stantem exhibere. -

Nola.

## De intellectu divino.

Intellectus Dei nomine intelligimus vim Dei infinitam seu potius substantiam divinam, quatenus haec omnia cognoscibilia uno intuitu simultaneo, aeterno et verissimo, distinctissimo ac certissimo exhaustit. —

Quoad intellectum igitur Deus est omniscius, quae omni-  
scientia ea Dei perfectio est, qua ipse Deus omnia cognoscibilia perfectissime cognoscit et scit. — Scit itaque Deus:

1) Semetipsum

2) omnia extra se, et quidem omnia existentia necessarii, a sive libera, interna et externa, praesentia, praeterita et futura, omnia possibilium nec non conditionate futura. —

De hac scientia divina perfectissima testantur nobis Ss. Liberae et relate ad scientiam divinam in genere habemus verba in libro Ester: "Domine, qui habes omnem scientiam." (Psalmus 147 v. 5. "Sapientiae eius non est numerus.") Similiter in Ss. Libris N. Testamenti eadem veritas praestare ascribitur (apud St. Apulum in ep. ad Rom. : "O altitudo divitiarum, sapientiae et scientiae Dei.") Et ad Hebr. "Omnia nuda et aperta oculis esse."

Ester 14. 14.

Ps. 147 v. 5

Ep. ad Rom. 11. 33.

Ep. ad Hebr.

Sed praeterea in specie declarant nobis S. L. Merac,  
quod 1<sup>o</sup> Deus se ipsū novit, perfectissime ita in 1. ep. ad  
Corinth. „ Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei.” 1. Ep. ad Corinth.

2<sup>o</sup> Novit omnia possibiliā, ut ad Romanos vocat: „ ea, quae  
non sunt, tamquam, ea, quae sunt.” Ep. ad Rom. 4. 17

3<sup>o</sup> novit etiam omnia minime extra se. Ita Psalmo: „ Et  
Domine tu cognovisti omnia, novissima et antiqua.” Ps. 138 v. 5.

ad Hebr.: „ Non est ulla creatura invisibilis in conspectu  
jus.” Et Ecclesiastes dicitur: „ Arenam maris et pluviae  
guttas et dies saeculi, quis dinumeraverit altitudinem coeli  
et latitudinem terrae et profundum abyssi, quis dimen-  
sus est, unus est altissimus creator omnipotens.” Ad Hebr. 4. 13

4<sup>o</sup> Cognoscit omnes actiones etiam internas. Paralip.: „ Omnia  
corda scrutatur Dominus et universas mentium cogitationes  
Eccles.

5<sup>o</sup> Cognoscit futura omnia necessaria et libera, etiam  
Psalmo 38.: „ Intellexisti cogitationes meas de longo et omnes  
vias meas praevidisti.” Et Susanna apud Danielem orat: „  
Deus aeternae, qui absconditorum es cognitor, qui nosti  
omnia, antequam fiant. de... Et Joanni de Nōs Domino  
dicitur: „ Sciebat omnia ab initio Jesus, qui eos fecit creditu,  
Joan. 6. 65.

6<sup>o</sup> Cognoscit omnia necessaria et libera, etiam  
Psalmo 38.: „ Intellexisti cogitationes meas de longo et omnes  
vias meas praevidisti.” Et Susanna apud Danielem orat: „  
Deus aeternae, qui absconditorum es cognitor, qui nosti  
omnia, antequam fiant. de... Et Joanni de Nōs Domino  
dicitur: „ Sciebat omnia ab initio Jesus, qui eos fecit creditu,  
Joan. 6. 65.

7<sup>o</sup> Cognoscit omnia necessaria et libera, etiam  
Psalmo 38.: „ Intellexisti cogitationes meas de longo et omnes  
vias meas praevidisti.” Et Susanna apud Danielem orat: „  
Deus aeternae, qui absconditorum es cognitor, qui nosti  
omnia, antequam fiant. de... Et Joanni de Nōs Domino  
dicitur: „ Sciebat omnia ab initio Jesus, qui eos fecit creditu,  
Joan. 6. 65.

8<sup>o</sup> Cognoscit omnia necessaria et libera, etiam  
Psalmo 38.: „ Intellexisti cogitationes meas de longo et omnes  
vias meas praevidisti.” Et Susanna apud Danielem orat: „  
Deus aeternae, qui absconditorum es cognitor, qui nosti  
omnia, antequam fiant. de... Et Joanni de Nōs Domino  
dicitur: „ Sciebat omnia ab initio Jesus, qui eos fecit creditu,  
Joan. 6. 65.

9<sup>o</sup> Cognoscit omnia necessaria et libera, etiam  
Psalmo 38.: „ Intellexisti cogitationes meas de longo et omnes  
vias meas praevidisti.” Et Susanna apud Danielem orat: „  
Deus aeternae, qui absconditorum es cognitor, qui nosti  
omnia, antequam fiant. de... Et Joanni de Nōs Domino  
dicitur: „ Sciebat omnia ab initio Jesus, qui eos fecit creditu,  
Joan. 6. 65.



ri in eum."

Regum. 23, 12.

6<sup>o</sup> Novit futura conditionata, seu illa, quae licet futura non sint, sed tamen essent futura, si certa conditio poneretur. Testimonium huius habemus Regum, in quo loco interrogat David Deus; Si tradent me viri Ceyli et viros, qui sunt mecum in manus Sauli? Et dixit Dominus: "tradent". Et apud Matheum ait: Sonus; "vae tibi Corosaim, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro et Sidone factae essent virtutes, quae factae sunt in vobis olim, in cinere et cilicio poenitentiam egissent."

Math. 11. 25

Nota 1<sup>a</sup>

Licet scientia sit simpliciter in Deo tamen secundum hominum scientiam dividi potest et reapsea, theologia dividitur:

1<sup>a</sup> in necessariam et liberam seu contingentem; prima est, qua Deus novit se ipsum, secunda, qua Deus novit contingentia.

2<sup>a</sup> Scientiam approbationis et reprobationis; prima est, qua Deus bona intelligit, approbat et jubet; secunda, qua Deus peccata novit, quae reprobat. Et prohibet. -

3<sup>a</sup> Scientiam simplicis intelligentiae, visionis, et medi-  
 diam, prima versatur circa res possibiliẽs et quae neces-  
 sario evenire debent; secunda versatur in rebus jam existen-  
 tibus, tertia consistit in rebus, quae a voluntate li-  
 bera dependet et ideo conditione posita existens, aut saltem,  
 si poneretur conditio, existerent. —

Praescientia componitur omnino cum libertate humanae,  
 nam res praevidae non propterea futurae sunt, quia  
 praesciuntur, sed potius ideo providentur, quia futurae  
 sunt, ergo quum Deus praevidet et praescit aliquam  
 rem futuram, non ideo cum jubet aut ad operandum  
 necessitat.

Nota 2<sup>a</sup>.

Deus est sapientissimus.

Sapientia divina in eo consistit, quod Deus illud perfectis-  
 sime cognoscit, quod sibi, naturisque seu entibus fi-  
 nitis, tam ratione carentibus quam ea instructis, con-  
 gruum atque conveniens sit. Quae veritas manifeste  
 ex S. Litteris desumitur. Sic Psalms legimus: „Magnus

Psalms. 146.5

Deus noster, et magna virtus ejus: et sapientiae ejus  
non est numerus."

ad Rom. 16, 27

Et in N. T. habemus apud St. Paulum ad Rom. in So,  
li sapienti Deo per Jesum Christum, cui honor, et glo,  
ria in saecula saeculorum." -

Quod et ratio ipsa demonstrat, et tanquam verum ap,  
probat ex eo, quod Deum ut omniscium et perfectissi,  
mum agnoscit. -

## De voluntate Dei. -

Voluntas divina generatim facultas spiritus est, qua libe,  
re appetitur bonum et amovetur malum, ab intellectu co,  
gnitum. Ad Dei autem voluntatem, quum spectemus,  
ut non eam uti facultatem aliquam distinctam, sed tam,  
quam actum purum et simplicissimum, qui unum idemq,  
est cum natura considerare debemus. Est ergo volun,  
tas Dei actus simplicissimus, quo Deus absoluta cum liber,  
tate et ratione perfectissima bonum appetit, malum aver,  
satur. Ideoque ut substantia divina simplicissima, immu,  
tabilis, aeterna, immensa est, et ut intelligentia divina

sapientissimam ac verissimam, et insuper omnipotentem, benignissimam, liberrimam, sanctissimam, hinc quoque veracissimam, fidelis et justissimam est. Verum sicuti scientia Dei, quamvis una sit et indivisa, tamen multiplex sit representatione, ita et voluntas licet in se seu ex parte Dei sit simplicissimam, varia tamen est secundum nostrum concipiendi modum et diverse distinguitur pro diversitate objectorum aut modi, quo circa objecta versatur. Et quidem:

1<sup>o</sup> discernitur voluntas voluntas necessariam et liberam. Necessariam eatenus dicitur, quatenus ad Deum ipsum summum bonum et omne aliud bonum possibile in se spectatum refertur, quaque in Deo prorsus abesse non potest, quum Deus sanctissimus tamquam summum bonum et ita etiam, licet bonum, non possit non velle aut non diligere. —

Liberam autem dicitur relate ad entia creata, quae Deus etiam salva sua infinita perfectione non potest velle. — Voluntas libera dicitur decretum, consilium, propositum, quae nempe Deus vult, ut aliquid aut per se ipsum, aut a nobis fiat, quae ulterius dividitur in voluntatem beneplaciti, cam, quae sive absolutam sive conditionatam, et voluntatem signi. Voluntas absoluta ea est, qua Deus vult aliquid efficere, nul-

la ratione habita ad quamcunque conditionem ali-  
cujus rei extra se, hinc talis voluntas semper impletur.  
Voluntas conditionata seu hypothetica ea est, qua Deus  
decernit aliquid fieri habito respectu ad certam conditio-  
nem alicujus rei extra se, ad quam respicit, et quae itaque  
tantum tunc effectum sortitur, quando conditio illa adfue-  
rit. Voluntas denique signi est, quando Deus ea vult, quae  
entibus rationalibus libere praestanda sunt, quaeque ipse  
se nihil facit, sed quae nos facere oportet, sive per ra-  
tionem sive revelationem id nobis significat. Signa vo-  
luntatis divinae assignantur hoc versu:

Præcipit, et prohibet, permittit, consulit, implet."

Cum autem ratio nostra insufficientis sit, ut salutariter  
operari possimus, hinc speciali Dei auxilio indigemus, et  
deoque ut re vera agamus, voluntas siquidem lex divina  
non sufficit, sed Deus insuper voluntate beneplaciti in a-  
gendo nobiscum concurrere debet. Quum vero actiones bo-  
nae aut malae esse possint, et Deus ad has directe coopera-  
ri non possit; hinc voluntas beneplaciti divinae ad actus  
nostros relecta distinguitur in ordinantem, qua Deus

bonum directe vult et praecipit, et permissivum, quia malum permittit, atque eatenus tandem illud vult, quatenus nobis libertatem non adimat, ne sibi repugnet.

2<sup>o</sup> Distingui solet voluntas etiam in antecedentem et consequentem. Antecedens illa dicitur, quam Deus habet ex se ipso independenter a praescientia creatae libertatis. Sic ex. gr. tali voluntate vult Deus omnes homines salvos fieri. Consequens vero illa dicitur, quae consequitur praesentem creatae voluntatis determinationem. Tali voluntate vult Deus hominem, peccatorem in peccatis morientem damnare. Porro voluntas consequens, quum sit cum effectu conjuncta, etiam absoluta dicitur; antecedens autem, licet sit quoad effectum absoluta, et ideo serium desiderium, tamen quoad effectum conditionata est, ideo non semper impleri debet.

3<sup>o</sup> Tandem voluntas divina distinguitur in efficacem et inefficacem; illa semper impletur, haec ex defectu conditionis statutae effectum non sortitur.

In Deo affectus seu commotiones mentis transeuntis per sensualem cupiditatem excitatae non adsunt, cum sen,

Nota:

sualitas homini sua propria, hinc quum in ss. Litteris  
Deo affectiones tribuuntur, accommodatus est. Sic amor erga  
homines significat voluntatem Dei, felicitatem pro,  
movendi; odium et tristitia aversionem mali; timor  
voluntatem malum a nobis avertendi, ira volun-  
tatem peccata puniendi, proesentia prorem consilium  
divinum adversantem destruendi, laetitia acquiescen-  
tiam in perfectionibus infinitis; etc. ...  
His positis Deus quoad voluntatem est

### Omnipotens. -

(Sub omnipotentia intelligitur illa Dei perfectio, qua volun-  
tas seu substantia divina omnis, quae in se non sunt in-  
possibilia, et quidem solo nutu efficere potest.)

Herminiani

Adversarii omnipotentiae divinae imprimis Herminiani  
seu Seleuciani occurrunt, qui negabant, Deum posse ef-  
ficere aliquid ex nihilo. Limitarunt Dei omnipoten-  
tiam etiam Manichaei sicuti illi, qui affirmant, Deum  
non posse plura majora, quam fecit, facere, ut Abaelar

Manichaei

duo et omnes Sancti Theistae. -

Veritas haec de fide est, ut e Symbolo Apostolico, Nicae,  
no Constantinopolitano et Athanasiano patet, si qui,  
dem solemniter ibidem Ecclesia profitetur, se credere in De-  
um, Patrem omnipotentem, creatorem coeli et terrae."

Innumera autem sunt s. scripturae loca, quae infinitam  
Dei virtutem et potentiam magnifice extollunt. Pervenit  
nunc ex utroque foedere depremanus. In V. F. passim

Deus omnipotens vel solus potens cognominatur. Sic Gen. 1. 1. Gen. 17. 1.

"Ego Deus omnipotens." Abrahamo Deus apparetur ait. Et

Psalmo: "Omnia, quaecunque voluit, fecit Dominus in Ps. 134. 6.

coelo et in terra, in mari et in abyso." Et psalmo: "Duo, Ps. 32. 9.

nicam ipse dixit, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt."

In N. Foedere habemus apud St. Paulum ad Rom: "Quoni- ad Rom. 11. 36.

am ex ipso, et per ipsum sunt omnia: ipsi gloria in saecula."

(Et Christus Dominus apud Math. ait: "Aliquid Deum omnia Math. 19, 26.

possibilia sunt") Et quod Deus possit facere et alia praeter

ea, quae facit vel fecit, clarum argumentum habemus a

puo Math., ubi ait Joan. Baptista: "Dico enim vobis, Math. 3. 9

quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filii



ad Abrahamae.

Induper hoc idem patet ex eo, quod Innocentius II post  
Conc. Senonense anno 1140. Abaelardi sententiam  
damnavit ideo, quia affirmabat, quod ea solummodo  
possit Deus facere vel dimittere, vel eo tempore, quo  
facit, et non alio.

Deus est summe bonus seu misericors.

Bonitatem divinam sustulerunt Manichaei, qui De-  
um auctorem mali statuerunt, quibus recentiori aevō  
Petrus Bayle non erubuit ad stipulari. Veruntamen  
nil potest esse manifestius, nihilque certius divina boni-  
tate, quam in Deo revera dari, manifestissime docet reve-  
latio et Treditio. (Psalmo legimus: „Misericordia Domini  
plena est terra“). Lucae: „Misericordia ejus a progenie  
ad progenies timentibus eum“). Huc referri possunt omnia  
illa loca, quae Deum nobis exhibent tanquam Patrem opti-  
mum, cujus opem nemo frustra implorat, qui dat nobis su-  
per abundantanter sive ad animum sive ad corpus spectanti.

Psalm. 32, 5

Lucae 1. 50.

a, quae petimus et intelligimus.

Ex Patrum testimoniis hoc unum addimus St. Augustini in libro de spiritu et litera in "Major est Dei misericordia, quam omnium hominum misericordia."

Deus est liberrimus.

Libertas est ea facultas, qua voluntas sine ullo impedimen-  
to atque sine ullo coactu, externo et interno, seu sine ulla vi,  
olentia ac necessitate se ex se et per se ipsam seu, ut ejusd,  
independenter a causa alia movere ad efficaciam valet. Sic  
quidem sumitur libertas sensu latiori. Sensu enim stricto,  
si libertas est potestas secundum rationis dictamina ad  
agendum se ex se et per semet ipsum determinandi seu  
movendi. Sensu strictissimo autem est vis praeponderans  
constanter recte agendi, quo sensu libertas a sanctitate  
et virtute non differt, et etiam libertas Christiana appel-  
latur. Libertati igitur hoc sensu sumptae opponitur ne-  
cessitas et exactio. Prima consistit in vi allata interne,  
secunda in vi externe allata. Item differt a spontaneo,

Spontaneum enim potest cum necessitate seu impulsu  
interno esse conjunctum, quamvis violentia externa  
ret. Sic infantes nondum ratione utentes et pecudes  
multa faciunt, ad quae tamen impetu interno ferun-  
tur. In Deum autem translata libertas illa est per-  
fectio, qua ipse in sua efficacia ab omni impedimen-  
to atque omni necessitate absolute immunis, secun-  
dum suam sapientissimam cognitionem ex se et per  
semet ipsum actuosus est, seu vult et agit, quia velle  
et agere vult. - Libertas haec ad res exteriores refer-  
tur, non autem ad actus illos internos, uti sunt ipsa  
existentia Dei, generatio Filii, processio Spiritus S.  
Libertas moralis est facultas, se juxta effata legis mo-  
ralis independentem a coactione et impedimentis de-  
terminare. - Metaphysica autem libertas est absolu-  
ta independentia seu aseitias, qua Deus nemini quid-  
quam debet et efficaciae suae fontem in se habet. -  
Libertatem Deo moralem denegarunt Hermogenes, cui  
assentiunt Pantheistae et assenserat schola Güntheri,  
ana. -

Sed Deus est absolute liber. Id ostendunt S. Litterae

et Traditio universalis Ecclesiae (Psalmo legimus: „Omnia  
quae cumque voluit, Dominus fecit in caelo, in terra, in  
mari, et in omnibus abyssis.“ Et St. Apostolus Paulus ad  
 Ephes. 1, 11: „Operatur omnia secundum consilium vo-  
luntatis suae.“) Item ea loca omnia SS. Litterarum huc  
 pertinent, in quibus Deus beneficia sua, tamquam dona  
 gratuita largiri dicitur, ideo gratiae vocantur, item, ubi  
 misericordia exaltatur et benignitas eius. —

Ps. 134. 6.

Ep. ad Ephes. 1. 11.

Ratio idem comprobatur, nam 1<sup>o</sup> libertas in se perfectio  
 maxima est, quae ideo a Deo abesse nequit.

2<sup>o</sup> Deus neque intra se, neque extra se quid habet, quo  
 ab agendo impediatur; non extra, quia independens est,  
 non intra, quia sensualitate, a qua terribilia et inci-  
 tamenta oriuntur, caret. —

3<sup>o</sup> Omnia opera, creatio, gubernatio, utpote contingen-  
 tia, ideo libere facta fuisse, idem comprobant.

Dei libertati nihil abest, quod ipse necessarius existit, qui  
 et homo licet existere debet ex voluntate Dei, tamen  
 liber est; neque obstat, quod mala facere nequit, quia  
 vera libertas consistit in illo, ut secundum legem mor-  
 ralem agatur, non contra. —

Nota.

Deus est sanctissimus.

(Sanctitas in genere consistit in immunitate ab omni malo morali seu peccato) estque constantis amor recti, et voluntas omnes actiones ad normam legis componendi. Cum autem Deus ipse sibi lex sit, neque normam agendi extra se ipsum habeat, sanctitas divina, benedicatur, immutabilis voluntas perfectionibus suis conformiter agendi.

Deo summam competere sanctitatem, probatur ex S. Litteris V. et N. Testamenti. (Sic 1. Regum: "Non est sanctus, uti Dominus est") Et Isajae: "Seraphini clamant alter ad alterum, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus, Deus exercituum." Idem repetitur Apoc. IV. 8. —

Et N. T. 1. Petr. 1. 16.: "Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum." Et in Deo nihil mali inveniri posse, seu esse Deum absque peccato, indicatur Levitico: "Sancti estote, quia ego sanctus sum." Et Christus Dominus (Math. ait: "Estote perfecti sicut et pater vester coelestis perfectus est.")

Item ulterius ex eo demonstratur, quod 1<sup>o</sup> ubique Dei opera perfectissima esse pronunciantur, 2<sup>o</sup> quia dicitur Deus immicus omni peccato, vitio seu malo. Sic Psalmo 5 dicitur: "Quia

1. Regum II. 2  
Isaj. 6. 3

1. Petr. 1. 16

Levit. 11. 14.

Math. 5. 48

Psalm 5. 5

clisti omnes, qui operantur iniquitatem".

Sanctitatem divinam infinitis fere elogiis celebrant SS. Pa-  
tres in libris suis. Et ratio ipsa declarat, cum enim nihil in  
Deo nisi perfectissimum esse possit, ergo sequitur, quoque ei  
summam competere sanctitatem.

Deus est veracissimus ac fidelissimus.

Ad sanctitatem divinam pertinet summa Dei veracitas  
ac fides seu fidelitas, illa fidei nostrae, haec vero spei funda-  
mentum est. Ambae breviter definiiri possunt: "constantis volun-  
tas vera dicendi et servandi promissa." Veracem Deum esse, et  
cum philosophi omnes tenuere, hoc modo, ut nemo inveniat, qui  
Deum auctorem mendacii fecerit, agebantque, Deum omnium ve-  
ritatis ita principium esse, ut sol omnium lucis.

Deum summe veracem esse, censerunt SS. Litterae. (Sic Numeri:

Numer. 23. 19

"Non est Deus, cui Moyses, quasi homo, ut mentiat, nec ut fi-  
lius hominis, ut mutetur." Apostolus ad Hebr. : "Impossibile est  
mentiri Deo." )

ad Hebr. 6. 18.

Quod fidelitatem autem eius legimus apud Isaj. : "Exsiccatum  
est foenum, et cecidit flos: verbum autem Domini nostri manet  
in aeternum." — Et Iesus Dominus apud Math. : "Coeli et terra

Isaj. 40. 8.

Math. 24. 31.

transibunt, verba autem mea non transibunt."

Idem de Deo docuit semper Ecclā et ratio ipsa asseruit, quum summa veracitas ac fidelitas a summa scientia et sapientia, omnipotentia ac sanctitate effluit, quae autem proprietates in Deo perfectissimo in gradu adsunt. —

### Deus est justissimus. —

Justitia latiori sensu sumpta sicut in homine omnium virtutum complexiōnem significat, sic et in Deo a sanctitate caeterisque attributis moralibus non distinguitur (Strictē autem sumpta est singularis virtus reddens unicuique suum) in Deo autem est constantis voluntas tribuendi praemia et supplicia unicuique pro meritis. Justitia tali modo accepta duplex distinguitur: commutativa, qua redditur alteri, quod eodem est pro accepto aut oblecto, et distributiva, quae poenam vel praemia pro meritis rependet. Haec iterum duplex est: vindicativa, quando poenas decernit pro commissis sceleribus, renumerativa, si praemia distribuit. Justitia, quae commutativa dicitur, proprie et stricto sensu in Deo non est; nemini enim Deus aliquid debet: Quis enim prior dedit illi, et retribuat,

tur ei? interrogat Apostolus ad Rom. - Quamvis in eo sen-  
 su admitti possit, quod nostra opera bona ex gratiae auxilio facta  
 aliquam aspirant cum praemio proportionem. Justitiam in Deo sal-  
 tem vindicativam inficiati sunt inter antiquos haereticos Marcio-  
 nitae, inter recentiores Sociniani et Ariminiani, quibus cum con-  
 sentiunt Naturalistae seu Deistae. -

ad Rom. 11. 35

Marcionitae  
 Sociniani, Ariminiani  
 Naturalistae.

(Sed veritas haec dogma fidei est, ut patet ex Symbolo Apo-  
 stolico et Niceno - Constantinopolitano; "Unde venturus est judi-  
 care vivos et mortuos.") Eandem veritatem ss. Letterae Deo ad  
 judicant. (Sic Psalmus 118. 137: "Justus es Domine, et rectum judi-  
 cum tuum.") Item Tobias 3. 2. - Et Christus Dominus ait Math. 16. 27:  
 "Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum Angelis  
 suis: et tunc reddet unicuique secundum opera eius."

Psalm. 118. 137.

Tobias 3. 2.  
 Math. 16. 27.

De remunerativa justitia aperte loquitur et Apostolus: "Do-  
 num certamen certavi, in reliquo reposita est mihi corona  
 justitiae, quam reddet mihi Dominus in illo die justus iudex."

2. ad Timoth. 9.

De vindicativa autem facta ipsa loquuntur, sic 1<sup>o</sup> mala ob  
 peccatum originale. 2<sup>o</sup> diluvium Sodomae et Gornorhae  
 excidium 3<sup>o</sup> Christi Domini mors et cetera. -

Tandem ratio ipsa idem in Deo exquiris, etenim quum  
 1<sup>o</sup> in Deo nulla sit causa injustitiae, non ignorantia, non  
 error, non perversa voluntas, ergo debet adesse summa justitiae.



4ia. -

2<sup>a</sup> In Deo summus est amor boni et averſio mali, ergo Deus rationem utique boni et mali in administratione universi habet. Idem tandem naturae nostrae ratio demonstrat, etenim nos ipsi persuasi sumus studium honesti praemio dignum esse et peccatum poenam mereri.

Nota:

Quod vero poena non semper statim sequitur, malum et praemium honestum, inde sequitur, quoniam status vitae praesentis est status probationis. -

Deus est summe beatus et sibi sufficientissimus. -

Utrumque ex summa Dei perfectione, et naturae divinae bonitate neccessario sequitur. Ibi enim non potest non esse summa beatitas, ubi omnis abest imperfectio, et omnia bona tamquam in suo fonte reperiuntur; ubi autem omnia bona sunt, ubi boni omnis principium et fons est, ibi est et sufficientia. Nemine indiget, qui omnia habet, et qui omnibus deest, quod habent. Deum autem beatum et sibi sufficientissimum,

sumum esse, ac nulla re indigere, ostendunt S. Litterae.  
 (Sic in Ep. ad Timoth. 6. 15. : „Deus dicitur solus beatus et solus pro-  
 tens; ο μὴ κτάσιος. Et sufficientia Dei exprimitur Actu.  
 Hic coeli et terrae cum sit Dominus, non indiget aliquo,  
 cum ipse det omnibus vitam et inspirationem et omnia.)

Ep. ad Timoth. 6. 15.

Actu. 17. 25

Deus humana majestate conspicuus  
et rerum omnium Dominus.

Deo summam inesse majestatem ac gloriam ob infinitam  
 ejus perfectionem, non minus s. Litterae edicunt. Ad hanc  
 enim agnoscendam, et verbo et opere profiterendam, ubique  
 nos admonent et excitant: „Afferte Dominum gloriam (clamat  
 Psalmista, et honorem, afferte gloriam nomini ejus.) (Et Apo-  
 stolus scribit 1. ep. ad Corinth. 10. 3. : „Sive ergo manducatis, sive  
bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite)  
 Dominatio autem Dei ubique declaratur. Sic Deuteronomio:  
 „Dominus Deus vester ipse est Deus deorum et Dominus Do-  
minantium, Deus magnus et potens.” Apostolus. Act. 17. „Deus, qui  
fecit mundum et omnia, quae in eo sunt, hic coeli et terrae

Psalm. 28. 2.

1. Ep. ad Corinth. 10. 3.

Deutor. 10. 17.

Acta. 17. 24

cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec  
manibus humanis colitur, indigenis aliquo, cum ipse det o,  
mnibus vitam, et inspirationem et omnia!"

Ergo dominium supremum in omnes creaturas habet Deus, sum,  
maque majestate et dignitate circumdatus est, cui gloria et  
honor in saecula saeculorum. Amen. —



Sectio III<sup>a</sup>

De mysterio Sanctissimae  
Trinitatis.

## De mysterio S. Trinitatis.

Fidei illius, qua nos Christiani sumus, basis veluti ac fundamentum est doctrina de unitate Dei in essentia et Trinitate in personis, seu doctrina de Deo uno et tri- no est totius fidei nostrae fundamentum eo, quod totius Christianae religionis structura huic dogmati innititur et eodem fulcitur. Hoc sublato jam nulla esset verbi Incar- natio, nulla Christi satisfactio, nulla hominum redemptio, nulla Spiritus S. effusio, nulla gratiarum largitio, nul- la Sacramentorum virtus & efficacia, uno verbo totum ruc- ret salutis opus. Fidei ergo Catholicae basis veluti ac funda- mentum cum sit doctrina de S. Trinitatis mysterio, mi- randum hinc non est, quod adversarii contra altissimum hoc fidei nostrae mysterium impervium humanae ratio- ni totis viribus insurrexerunt, ita, ut nullum aliud unquam dogma tam forti tamque repetito impetu impugnatum atq; ex omni parte exploratum tentatumque inveniretur, inde quo majori conatu ac industria dogma nostrum ab adver- sariis oppugnatur, eo impensius nobis defendendum est.

Doctrina haec, quae Deum trium esse statuit, seu tres

esse divinas personas unius ejusdemque non specie sed nu-  
mero substantiae divinae mysterium S. S. Trinitatis ap-  
pellatur. Quum autem illam soli revelationi in acceptis  
referamus et ratio naturalis per se ipsam nunquam ad e-  
jus cognitionem pervenisset, hinc in eam, postquam per  
revelationem divinam nobis innouit, accuratius inquirere  
et ejus profunda quasi scrutari queat, hinc omnia hic scrip-  
turae S. et Apostolicae Traditionis auctoritate discutenda  
esse patet; humana enim ratione metiri velle, quae nulla ra-  
tio creata assequi potest, insignis esset temeritatis argumen-  
tum. —

Mysterii autem S. S. Trinitatis summa in eo posita est,  
ut unum Deum in Trinitate personarum, et Trinitatem in  
Unitate essentiae agnoscamus, neque confundentes personas  
neque substantiam separantes, seu si magis explicitè loqui ve-  
limus, mysterium S. S. Trinitatis in eo consistit, quod nihil per-  
fectionis divinae in uno trium adsit, Patre, Filio et Spiri-  
tu S., quod non reperitur in duobus aliis, sed omnes tres:  
Pater, Filius et Spiritus S. est una eademque aeterna na-  
tura, seu substantia ideoque sibi consubstantialis, sed et si  
nihil Pater non sit Filius, nec Pater aut Filius sit Spiri-  
tus S., sed Pater et Filius et Spiritus S. sint personae a

se invicem realiter distinctae; et hoc quidem eatenus,  
quatenus una ab altera accipiat originem, seu una ab alte-  
ra procedat ab aeterno. His ita praemissis agemus:

1<sup>o</sup> De divinitate et consubstantialitate trium Personarum.

2<sup>o</sup> De reali trium Personarum inter se distinctione,

3<sup>o</sup> tandem, de processionibus divinis. Sit itaque pars pri-  
ma: Pater et Filius et Spiritus S. sunt unus idemque  
Deus verus, seu sibi consubstantiales, quae propositio-  
nem ita demonstrabimus, ut incipiamus a divinitate Pa-  
tris, dein Filii, tandem Spiritus S. Hinc

### Articulus Ius.

## De Patre vero Deo.

Cum autem nemo saltem directe divinitatem Patris in dubium  
revocavit, Deum enim unum ingentum, aeternum omnes  
agnoscunt, hinc paucis absolvemus primum hunc fidei nostrae  
de S. Trinitate articulum. Quod enim veritas haec definitae  
fidei dogma sit, ex Symbolo Constantinopolitano - Nicaeno

patet. Legimus enim ibi: „Credo in Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae.“

On SS. Litteris autem pater ubique ut verus Deus cōsideratur; etenim tripplici sub respectu tam in libris V. quam N. Testamenti Deus appellatur Pater, et quidem:

1<sup>o</sup> relate ad genus universum humanum et singulos homines tamquam eorum creator, conservator et rector.

2<sup>o</sup> relate ad justos utpote gratia divina regeneratos et filios adoptivos, atque hinc etiam ad populum Judaicum et Christianum, utpote speciali et extraordinario modo ad justitiam et sanctitatem vocatum.

3<sup>o</sup> Tandem relate ad Jesum Christum Filium suum unicum, naturalem et proprium. Sed sub quocunque demum respectu de Patre in SS. Litteris sermo est, ubique ille tamquam verus Deus exhibetur. Et re quidem vera, nam quod ille sub primo respectu quatenus est Pater omnium per creationem Deus vocatur, satis apparet ex verbis Christi Domini apud Math. dum nobis, ut rogamus, praecipit: „Pater noster, qui es in caelis.“ De Patre ergo utive, re Deo sermo hic est, quia de illo Patre Christus se loqui dicit qui in caelis est, seu de Deo. Idem cap. antecedenti ait: „Dilige te inimicos vestros, ut sitis filii Patris vestri, qui in caelis est.“

Math. 6. 4.

Math. 7. 44



2<sup>o</sup> Porro, qui Pater iustorum, populi Israël et Christiano-  
 norum appellatur, Deum esse patet ex Deuteronomio; Sic enim  
 Moyses populum Israël allequitur; „Numquid non ipse est pa-  
 ter tuus, qui possedit te, et fecit te, et creavit te.” Et salva-  
 tor noster ad discipulos suos apud Math. ait: „Sic luceat lux  
 vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glori-  
 cent Patrem vestrum, qui in caelis est.”

Deuterm. 32. 6.

Math. 5. 16.

Quod tandem 3<sup>o</sup> sub respectu etiam, quatenus nempe Ihs. Domi-  
 ni Pater est; Deus vocetur in S. Litteris clucet ex verbis, quae  
 prostant apud St. Joannem c. 20 v. 17. : „Ascendo ad Patrem me-  
 um, aut Dominum, et Patrem vestrum, Deum meum, et Deum ve-  
 strum. Et ex illis, quae Ihs. Dominus ad Pharisaeos dicit: „E-  
 st Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester  
 est.” Quod vero hic verbis citatis Pater Deus vere ac proprie  
 dicatur, patet ex eo, quoniam Judaei voluerunt lapidare Ihs. m,  
 qui se dixit filium Dei veri. —

Joan. 20. 17

Joann. 8. 59.

De Filio vero Deo et Patri  
consubstantiali.

De Filii seu verbi divinitate disserentes, ut ordine pro-  
cedamus, imprimis nobis status quaestionis explicandus  
se offert. Notum enim est, theologos passim, cum de hoc  
mysterio agant, promiscue de verbi divini ac Christi divi-  
nitate tractare, quamquam haec duo distincta et mi-  
nime confundenda sint. Primum enim Deum exprimi-  
mit et respicit, ut in se est, alterum autem ad Incarna-  
tionis mysterium pertinet seu designat, verbum caro  
factum. Licet tamen haec duo diversa sunt quoad con-  
ceptum et non confundenda, cum tamen adversarii con-  
cedant, verbi divinitatem non posse negari, si Christi divini-  
tas probetur, passim ad probandam verbi divinitatem obiam  
ea adduci testimonia, quae Christum aut Jesum Nazare-  
num Deum esse demonstrant. Quod eo vel magis nobis  
facere licebit i. e. afferre testimonia ad probandum verbi divini-  
tatem, quae Christum concernunt et ut verum Deum exhibent,  
cum simul et statim ab initio comprobaverimus in SS. Litte-

ris N. T., verbum" aut, "filium Dei" eundem esse cum  
 Xto aut Jesu Nazareno. His ita praemisfis illico sermo  
 de verbi Dei divinitate aggrediendus esset, sed antequam  
 gravissimae huic tractationi initium faciamus, quaedam  
 ad majorem veritatis declarationem de iis dicenda veniunt  
 haereticis, qui verbi ac Xti divinitatem oppugnaverunt, quo-  
 rum alii sunt, qui directe divinitatem verbi seu Filii Dei,  
 indirecte autem Xti divinitatem, alii vero directe Xti et  
 indirecte verbi seu Filii Dei divinitatem aggressi sunt.

Ad hos 1<sup>o</sup> Gnostici pertinent, quorum plurimi Jesum Xtum Gnostici.  
 aeonem esse docuerunt. Item Ebionitae ab Ebione uncto, Ebionitae  
 re, qui tantum Xtum ut prophetam et Dei legatum ideoque  
 uti merum hominem agnoscebat. His

2<sup>o</sup> accedunt sic dicti Antitrinitarii, Lucibus Praxea, Antitrinitarii  
 Noëta, Carpocrate aliisque, qui omnes Filium Dei nihil  
 aliud esse dixerunt, quam merum attributum Dei, hinc  
 potius et directe personalem subsistentiam verbi impu-  
 gnarunt et Xtum ideo vel Deum Patrem incarnatum et  
 passum et mortuum pro nobis affirmerunt, unde Pa-  
 tripassiani dicti sunt; aut eum esse purum hominem,  
 Patripassiani.

hinc potius trium in una essentia personarum doctri-  
nam aggressi sunt, aut denique ad Ebionis societatem  
religandi erunt. -

Sed 3<sup>o</sup> veri ac proprii doctrinae nostrae hostes, qui di-  
recte impugnarunt divinitatem verbi seu filii, verbi ejus-  
que cum Patre consubstantialitatem ideoque indirecte  
divinitatem N<sup>ri</sup>; fuerunt Ariani saeculo IV<sup>o</sup> qui tamen  
ut omnes haeretici sibi non constituerunt. Sed alii conten-  
debant λόγον esse creaturam <sup>et temp</sup> κτιστὴν καὶ πολὺν χρόνον in  
tempore factum et conditum atque per omnia Patri di-  
similem, ἕτερον ὄντων; unde Anomei seu Arriani dicti,  
sive etiam a ducibus suis Arctio et Eunomio, Arctiani et  
Eunomicani dicti sunt. Deincepto vero impugnati magis a  
N. Patribus concesserunt λόγον ex nihilo creatum fuisse  
ἐξ οὐκ ὄντων, sed non ab aeterno, deinde affirmabant quidem  
ab aeterno et ex non existentibus esse sed tamen semper a  
Patre conditum. Tandem magis magisque a suo primaevo  
vigore deflectentes divinitatis honorem λόγον concesserunt,  
sed inferioris ordinis a Patre, hinc Filium ὁμοούσιον  
τῷ πατρὶ, similem Patri, in quibusdam naturae divinae

Ariani

Anomei

lineamentis cōserebant, ideoque Semiariani vocati sunt, Semiariani  
quia aliquo modo temperare vixi sunt. Arianorum  
vigorem, quorum aliqui duce Aetio, Ep̄s̄o Caesariensi,  
filium neque ὁμοούσιον neque ὁμόμιον dixerunt, sed  
ὁμοῖον similem, non quidem cōsentivā sed voluntate  
sc̄u ad eum modum ac effigies suo prototypo similis  
est. Inter quos, ut critici monstrant, etiam tales fuerunt,  
qui in ultimo tandem quaestōnis stadio Filium verum De-  
um agnōcebant, sed in eo errabant, quod voluerunt ver-  
bum divinum prout a Concilio Nicæno definitum est ὁ  
μοούσιον τῷ πατρὶ consubstantialē Patri admittere.  
In antiquorum errores restaurare visus est sæculo XVI. Mi-  
chaël Servetus Hispanus, Valentinus, Gentilius, Jha-  
nus et omnium notissimus Socinus, Lelius et Faustus, unde  
iis adhaerentes Sociniani dicti sunt. Sociniani. Horum itaque primus  
affirmabat tres Personās nihil aliud, nisi nomina ejusdem divi-  
nae essentiae esse et Christum merum hominem; secundus autem  
tres esse deos, sicuti tres personās, dicebat, quorum tamen Pa-  
ter major. Socinus autem docuit, Deum non solum naturam et  
persona unum esse et Christum ob titulos solummodo nonnullos, qui

de ipso praedicantur, aut propter excellentes functiones,  
quas obit, et praecelaras dotes, Deique inhabitationem Fi-  
lium Dei nominari. Quibus omnibus ultimo accensendi  
sunt recentiores Rationalistae biblici, qui etiam verbum di-  
vinum nil aliud, quam attributam Dei, et X̄stum mira-  
culorum operatorem Ἰαυεὺς τοῦ θεοῦ vel potius θεοῦ υἱός  
esse dicebant, qui se populi sui ideis praconceptis acco-  
modavit, ut Strauß, Eichhorn, Bauer, Wegscheiber, et  
Michaëlis etc. .... -

Contra hos omnes errores dogma catholicum ab Ec̄c̄a So-  
lemmiter definitur, probans nempe „filium Dei seu υἱόν,  
qui ab aeterno apud Patrem existens, in tempore homo fac-  
tus est, Jesum X̄stum esse, adeoque hunc filium Dei non  
sensu morali, quo fideles ac iusti quoque filii Dei appel-  
lantur, neque sensu politico, quo vices Dei in terra geren-  
tes eius filii cognominantur, sed sensu quam maxime  
proprio ac naturali seu physico, qui unius ejusdemque  
prorsus ac individuae cum Patre sit naturae et substan-  
tiae sive consubstantialis Patri unumque cum Patre  
Deum et Dominum. -

Haec autem omnia de fide esse constat ex omnibus Symb,

lis, praesertim vero ex Symbolo Nicaeno-Constantinopoli-  
tano, in quo jubemur credere et in filium Dei unigeni-  
tum, ex Patre natum ante omnia saecula, consubstan-  
tialem Patri ὁμοούσιον τῷ πατρὶ. -

Propositio haec fidei nostrae probari potest plurimis offi-  
litarum locis. Seligamus nonnulla clariora. Sit ita,  
quo primum argumentum desumptum ex evangelio s. *Unum argumentum*  
Joannis, cujus solummodo initium adferimus, quod ita se *Joann. c. 1.*  
habet: "In principio erat Verbum, et Verbum erat a-  
quid Deum, et Deus erat Verbum. Omnia per ipsum  
facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum  
est. - Et Verbum caro factum est, et habitavit in no-  
bis: et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti  
a Patre, plenum gratiae et veritatis." Praemissis his ver-  
bis exordii s. Evangelii dare inde divinitatem verbi pro-  
bare possumus, imo ostendere haud difficile est: Verbum  
Dei filium Dei esse, eundem Xp̄tum seu Verbum divinum  
caro factum. Sub verbo enim seu λόγῳ Apostolus neminem  
culium, quam Filium Dei intelligit, qui ab aeterno apud  
Patrem exiit, unius ejusdemque divinae naturae ac sub,

stantiae cum Patre socius, in tempore homo factus,  
Xtus Jesus est, Deus-homo. Nam ad neminem ali-  
um, quam ad Xtum referri possunt verba illa: "Et  
Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et  
vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Pa-  
tre, plenum gratiae, et veritatis." Insuper ait Evan-  
gelista, Joannem B., qui de Xto testatus est, testimo-  
nium de illo verbo perhibuisse v. 15; atque tum  
mox inferius v. 17. "Verbum caro factum" exprèsse  
"Jesum Christum appellat, quam appellationem per  
totum Evangelium retinet. — Sed praeterca omnino  
certum est, eum de Λόγῳ talia praedicare, quae in  
neminem alium, quam verum Deum cadunt. Etenim:  
1<sup>o</sup> cum dicit, Λόγῳ ἐν ἀρχῇ ἐστίν, ejus aeternitatem  
adstruit. Nam ἀρχῇ hic loci non nisi pro serie orationis  
contexta aut sonat initium aut aeternitatis modo forma,  
no conceptum, quo sensu dicitur Deus "a principio" exi-  
tere, et Messiae egressus esse, "ab initio, quod diebus aeter-  
nitatis, et tunc ἐν ἀρχῇ idem esset ac "ab aeterno"; —

Habac. 1. 12 et  
apud Jes. 43. 13.



Aut vero significat  $\alpha\epsilon\chi\eta$  initium rerum creandarum,  
 quod sensu sumitur in loco illo, ubi Sapiencia divinae  
 loquens ita inducitur: "Dominus possedit me in initio  
 viarum suarum, antequam quidquam faceret a princi-  
 pio. Ab aeterno ordinata sum, et ex antiquis, antequam  
 terra fieret, et in hoc casu  $\epsilon\upsilon \alpha\epsilon\chi\eta$  ergo valet idem ac he-  
 braicum "Berexith", quo inchoatur liber Genesios, nempe  
 in principio, cum creanda essent coelum et terra, sive ante  
 constitutionem mundi: qua voce tamen in SS. Litteris cristian-  
 ter id ipsum, scilicet ab aeterno exprimitur; quando quidem  
 ante mundum conditum, seu ante tempus inchoatum nil  
 nisi aeternitas existit. / Sive itaque prima sive altera /  
 Ergo per haec verba, in principio erat  $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$  ab aeterno existi-  
 tisse dicitur.

Mat. 8.12.

2<sup>o</sup> Porro  $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$  Deum appellat Evangelista. Nam  $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$   
 in tertio commate versiculi primi subjectum orationis  
 esse, dubium esse non potest: quum in tota hac Evan-  
 gelii  $\pi\epsilon\tau\iota\kappa\omicron\lambda\omicron\pi\eta$  de  $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$  sermo sit. Praeterea si non  
 $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ , sed  $\theta\epsilon\omicron\varsigma$  subjectum esset, sequeretur, Deum Patrem  
 esse  $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ , hunc enim sub voce  $\theta\epsilon\omicron\varsigma$  in praecedentibus

aperte Joannes intelligit; a quo tamen expressè Λόγος  
discernere vult, quum ipsum apud Deum, πρὸς τὸν θεόν,  
fuisse, et illum, non autem hunc hominem factum esse,  
doceat. Praeponit autem Apostolus in commate nostro  
praedicatum subiecto, quoniam de hoc singulare aliquid  
enuntiare voluit, et insuper forsitan, ut, quem ad modum  
in praecedentibus et subsequentiis commatibus facit,  
eodem vocabulo sententiam sequentem inchoet, quo praec-  
cedentem finiverat.

Ergo Λόγος ex mente Apostoli est Deus, et quidem ille  
ipse Λόγος, qui erat ab aeterno apud Deum, seu Λόγος  
est Deus, et Deus apud Deum, atque utrumque aeternae,  
3<sup>o</sup> Tum cum Apostolus ulterius de Λόγος praedicet, o-  
mnia per ipsum facta esse, et sine ipso factum esse ni-  
hil, quod factum, i. e. omnia, quaecunque extra Deum  
existent, per ipsum creata esse, ita ut prorsus nil exsi-  
stat, quod per ipsum conditum non sit: omnipotentiam  
et aeternitatem ipsi adscribit. Nam si Λόγος Creator est  
universi omnipotens, et si non datur ens existens cre-  
atum, quod non per ipsum sit creatum, increatus,

adeoque ens a se sit necesse est.

4<sup>o</sup> Denique Ἰωάννης Λόγον Filium Dei unigenitum esse pronuntiat. Verba enim, „Et vidimus gloriam ejus,  
gloriam ἴδω, μονογενοῦς παρὰ πατρός,“ necessàrio hoc sensu  
 sumi debent: Vidimus gloriam ejus, quae erat ejus tamquam  
 unigeniti Patris, i.e. quae est unigenitò propria, nequa,  
 quam vero sensu isto: quae erat similis gloriae unigeniti  
 Dei filii; quoniam hunc Joannes similitudinem ex re  
 prorsus incognita duceret, dum tamen omnis similitudo  
 pro sua natura notior re explicanda necessàrio esse debet.  
 Quod si autem Λόγος unigenitus Dei filius a Joanne decla-  
 ratur; necessàrio verus ac naturalis Dei filius, et ideo uni-  
 us ac ejusdem individuae cum Patre naturae et cōsistentiae est. —

### Secundum argumentum

Secundum argumentum pro divinitate Verbi est, quod legitur  
 in epistola ad Hebraeos, et ita se habet: „Multiplicavi,  
multisque modis olim Deum loquens Patribus in Prophetis:  
novissime, diebus istis locutus est nobis in Filio, quem confi-

Ep. ad Hebr. c. 1. v. 1.  
 et seq.

tuit haeredem universorum, per quem fecit et saecula,  
qui cum sit splendor gloriae, et figura substantiae eius, ὅς  
ὄν & παύλαμα τῆς δόξης καὶ χαρακτῆρ τῆς ὑποστάσεως  
αὐτοῦ, portansque omnia verbo virtutis suae, (per se)  
purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maje-  
statis in excelsis: tanto melior Angelis effectus "Ac,....

Epist. ad. Colos.  
c. 1. v. 15-20  
et c. 2. v. 9.

Cui loco ob similitudinem sequentem adungi potest et il-  
lus, quod legitur in epistola ad Colos.: Qui / Filius / est  
imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae:  
quoniam in ipso condita sunt universa, in coelis, et  
in terra, visibilia, et invisibilia, sive throni, sive do-  
minationes, sive principatus, sive potestates: omnia  
per ipsum, et in ipso creata sunt, et ipse est ante omnia,  
et omnia in ipso constant." Capitem autem secundo  
hoc dicitur: Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo  
divinitatis corporaliter, ὁμοπατικῶς. "Quibus itaque  
verbis tradit St. Apostolus:

1<sup>o</sup> Notum Dominum esse vere Filium Dei, etenim non  
solum declarat illum eminentiori modo filium Dei esse,  
quam prophetae et Angeli dicuntur, qui ipsum adora,

ae jubentur, et adorem eum omnes Angeli Dei, sed etiam disertis verbis docet, eum verum esse filium Dei a Deo genitum, cum applicat illi verba psalmi 2.: Filius meus es tu, ego hodie genui te, et tanquam genitum a me ostendi te, quae voces alio sensu nisi proprio et naturali intelligi nequeunt et ideo Christum Dominum naturam filium indicant. V.

Ps. 2.

2<sup>a</sup> Christum Dominum esse ejusdem substantiae seu essentiae cum Patre, i.e. Deum esse verum, siquidem vocat Christum esse ἀπαυγάζμα τῆς δόξης σαφικὸν τοῦ θεοῦ πατρὸς, et χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως / εἰκὼν τοῦ θεοῦ / αὐτοῦ, seu, ut habet in epis. ad Coloss. εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου nempe splendorem gloriae Dei Patris et characterem substantiae ejus, item imaginem veram Dei invisibilis. Jam vero splendor et candor nihil aliud est, nisi lux emissā, quae lux emissā cum luce emittente illam unius ejusdemque esse debet naturae. Ergo cum Filius dicatur splendor gloriae seu majestatis divinae, quae a natura una et indivisa utpote simplicissima non est diversae ejusdem cum Patre essentiae seu naturae sit necesse est. — Sed ipsum significat

Epist. ad Coloss.  
1. 15-20

carib et verba χαρακτῆρὸς τῆς ὑποβάθρου, et εἰκῶν τοῦ θεοῦ,  
οὐ, nam character proprie indicat notam et signum,  
per quod <sup>una</sup> res ab altera distinguitur, dein vero, ut eti-  
am εἰκῶν, imaginem, significat perfecto experimen-  
tum ζῶντος, illique congruentem. Huic est quod u-  
traque vox opponitur τῇ ὁμοιότητι, at egr. habetur

ep. ad Hebr. 10. 1. in ep. ad Hebr. ubi legitur: "Umbra[m] habens Lex futu-  
rorum bonorum, non ipsam imaginem rerum." Ergo  
cum Christus sit nota characteristicam, substantialis Patris,  
et imago Dei invisibilis, vera et viva, hinc concludendum  
omnino est, cum ejusdem esse substantiæ seu nature cum  
Patre. Et hoc eo magis, si considerentur ea, quæ St. Aposto-  
lus statim subiungit c. 2. 9. : "Quia in ipso inhabitat om-  
nis plenitudo divinitatis corporaliter." Si enim pleni-  
tudo divinitatis in eo inhabitat, et non pars aut portio  
aliqua, ergo tota divinitas inhabitare dicenda est. Corpore-  
raliter autem inhabitare dicitur, i. e. vere et realiter.

Dein 3<sup>o</sup> Apostolus vocat Christum Dominum definite Deum ac Dominum  
sensu eminentissimo, item æternam et immutabilem esse,

Paul. c. 2. 9.

aperte praedical verbis Psalmi, dum dicit: „Thronus  
 tuus Deus in saeculum saeculi,“ etc. Et iterum: „Tu in  
 principio Domine terram fundasti, ipsi peribunt,  
 tu autem permanebis, et omnes ut vestimentum vete,  
 rascunt.“ Et inferius: „Tu autem idem ipse es, et anni  
 tui non deficient.“ -

Denique creationem rerum omnium et conservationem  
 adscribit St. Apostolus Domino Christo, dum ait: „Per quem  
 fecit et saecula,“ et iterum: „Tu in principio terram fun-  
 dasti: et opera manuum tuarum sunt coeli.“ Nec non  
 cum ait: „Quoniam in ipso condita sunt universa, omnia  
 a per ipsum, et in ipso creata sunt.“

G. Hebr. 11. 3.

Conservationem autem attribuit Christo verbis: „Portans  
 omnia verbo virtutis suae.“ Et illis aliis: „omnia in ipso  
 consistunt.“ In ultimo reconciliationem per gratiam adju-  
 dicat Apostolus Christo, dicens: „Purgationemque peccato-  
 rum faciens.“ -

Sed praeter haec tria loca adducta habemus plura alia + <sup>quae</sup> dum argumentum  
 testimonia, quae expressis verbis divinitatem Filii Dei  
 seu Verbi divini demonstrant. Praecipuum et maxime

Math. 26. 63

es

Marc. 14. v. 61.

decretorium testimonium est illud, quod X<sup>o</sup>stus ipse  
de se edidit, cum in concilio sacerdotum et senio-  
rum Judaeorum staret. Id unum in concilio illo a-  
gebatur, ut causa mortis inveniretur adversus Je-  
sum. Cum autem nullus testis verus contra ipsum  
haberetur, casurgens summus sacerdos in medium  
cum auctoritate supremi judicis Jesum interroga-  
vit, dicens: "Adjuro te per Deum vivum, ut dicas no-  
bis, si tu es X<sup>o</sup>stus, Filius Dei." Jesus autem sine ulla  
verborum ambiguitate clare et definite respondit,  
dicit illi Jesus: tu dixisti. Et apud Marcum: "ego sum."  
Et dein suam sententiam magis confirmans, addidit; "V<sup>o</sup>  
rum tamen dico vobis ac modo videbitis Filium homi-  
nis, sedentem a dextris virtutis Dei et venientem in nu-  
bibus caeli." Quibus auditis summus sacerdos scidit ve-  
stimenta sua et dixit: "Blasphemavit: quid adhuc ege-  
mus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam: quid  
vobis videtur? Et illi respondentes dixerunt: Rectus  
est mortis." Ex toto loci hujus contextu igitur apparet, hic  
X<sup>o</sup>stum D<sup>o</sup>m sensu quam maxime proprio Filium se di-



xisse; in illo enim sensu, num Filius Dei sit, cum  
 Princeps Sacerdotum interrogaverat; neque secus ipse  
 morte dignus declarari posuisset, nisi hanc tantum ob  
 causam, quod Filium Dei verum se esse dixit, ut patet etiam  
 ex verbis Joanni, ubi Judaei ad Pilatum dixisse leguntur,  
 secundum legem debet mori, qui Filium Dei se fecit. +  
 Neque ipse <sup>Christus</sup> Dñs permisisset, ut morte reus declara-  
 retur, si <sup>propterea</sup> imputatio illi obiecta vera non esset, sed imo cu-  
 raret Judaeos ab errore educere. Et tamen <sup>Christus</sup> Dñs  
 non diluit hanc accusationem, sed eam tamquam veram  
 admisit atque in hac confessione mori voluit. (Ad idem +  
 genus argumentorum pertinet et locus ille, qui prodest apud  
 S. Math. c. 16, ubi, postquam Apostoli ad quaestionem  
 Jesu sibi propositam, quemnam homines eum dicerent, re-  
 sponderant; Etiam, ab aliis Jeremiam aut unum ex Pro-  
 phetis atque Christo Dño iterum interroganti: Vos autem  
 quem me esse dicitis? " professus est Petrus dicens: " Tu  
 es Christus, Filius Dei vivi." Ad quae verba respondet Christus:  
 " Beatus es, Simon Bar-Jona; quia caro, et sanguis  
 non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est."

Joann. 19. 17.

Argumentum

Math. c. 16.

4 hrs  
Dissertis itaque verbis confirmat Christus id, quod pro-  
fessus est Petrus, imo et addit: „Petrum hanc profes-  
sionem non de se, sed ex speciali Dei inspiratione ac-  
cepisse. Singulari professioni Apostolorum principis St.  
Petri addenda est professio St. Apostoli Thomae, quaesi-  
miter approbationem a Christo Domino sibi promeruerit,  
cum nempe ut Joann. legimus: St. Thomam post Christi a  
mortuis resurrectione illum vidisset et attraxisset ad mi-  
ranam exclamavit: „Dominus meus et Deus meus“ ο κύ-  
ριός μου καὶ ὁ Θεός μου; explicitis itaque verbis divi-  
nitatem Christi professus est. Salvator autem divinus  
tantum abest, ut Apostolum ejus divinitatem palam  
profitemem corrigat, sed potius, quod professus fuerat,  
approbat, et cum tardius, quam decebat, ita credidisse  
docet, beatosque fore, qui non itidem, ut ille, ipso viso  
demum crediderint, affirmat, hisce verbis: „Quia vidi-  
sti me, credidisti, beati, qui non viderunt et credide-  
runt.“ →+

Joann. c. 20. 19.

Act. c. 20 v. 28

Item Actorum Apostolorum majores natu Ecclesiae ita al-  
loquitur: „Attendite vobis et universo gregi, in quo vos

Spiritus S. posuit Ep̄os regere Ecc̄am Dei, quam  
 acquisivit sanguine suo! Hic Deus igitur, qui Ecclesiam  
 sanguine suo acquisivit, non potest esse aliū, quam  
 Christus. —

Et ad Romanos S. Apostolus de Judaeis loquens, ait: „  
 Ex quibus [Judaeis] est Christus secundum carnem, qui  
 est super omnia Deus benedictus in saecula, ὁ ὢν ὁ  
 πῖ πάντων θεός εὐλογητός εἰς τοὺς αἰῶνας; quo in textu  
 etiam X̄stus Dñs appellatur Deus praefixo articulo om-  
 phatico „ὁ“ et quidem Deus benedictus et super omnia.

Ep. ad Rom. 9.5

Affinis loco huic est locus epistolae ad Titum, in quo  
 pari modo Paulus Jesum X̄stum Deum appellat, qui  
 venturus est judicare orbem, ideoque hortatur servos  
 ad obedientiam Dominis suis et ad fidelitatem et dei-  
 cepi addit: „sed in omnibus fidem bonam ostendentes,  
 ut doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent / commendent /  
 in omnibus. Apparuit enim gratia Dei Salvatoris  
 nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegan-  
 tes impietatem, et saecularia desideria: sobrie, et ju-  
 ste, et pie vivamus in hoc saeculo, expectantes bea-“

Ep. ad Tit. 2.10.

tram spem, et adventum magni Dei et Salvatoris  
 nostri Iesu Christi, ἐπιφάνεια τῆς δόξης τοῦ μεγάλου  
 θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ., quae in loco  
 Christum Dñm appellat St. Apostolus ter Deum et magnum  
 Deum, non enim haec verba de Deo Patre intelligi pos-  
 sunt, quum ἡ ἐπιφάνεια τῆς δόξης, quae hic de Deo  
 praedicatur, ubique non nisi adventum Christi Domini ad  
 1. Ep. Timoth. 6. 14. iudicium significat e. gr. 1. Ep. Timoth.; ep. ad Theps.; 2 ep  
 1. Ep. Tesfalo. 3. 13. ad Theps.; et insuper utriusque vocabulo θεοῦ et σωτῆρος u-  
 2 Ep. ad Theps. 2. 8. nus tantum articulus apponitur, ergo ad unum i.e. Chri-  
 stum referri debent.

+ (His argumentis, quae deducta sunt ex locis, in quibus ex-  
 plicitus verbus tribuitur divinitas secundae personae, ad-  
 di possunt et illa, quae deo ununtur ex locis, ubi eidemo-  
 pera et attributa soli Deo propriae ad iudicantur. Ope-  
 ra autem Dei alia sunt naturalia, alia supernaturali-  
a. Ad opera Dei naturalia imprimis pertinet creatio  
 et conservatio rerum; opera autem gratiae, quae in  
 S. Litteris soli Deo tribuuntur, sunt: remissio peccato-  
 rum, miraculorum effectio, redemptio et sanctificatio,

gratiae et gloriae largitio. Atqui haec omnia Iesus sibi attribuit et a scriptoribus sacris Ipsi attribuum, Aur, ergo Deus vere est. Sic

Joann. 5. 17.

1<sup>o</sup> Joannes, postquam aegrotum illum, qui 38 annos languerat, Sabbato sanaverat, Judaeos sibi ideo invidiantes, ita alloquitur: „ Pater meus usque modo operatur, et ego operor: et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est. ” His ergo verbis Iesus Dñs non jam solum se Filium Dei appellat, sed etiam tribuit sibi

1<sup>o</sup> eandem cum Patre dignitatem, a se verans, se Dominum esse Sabbati et operari aequaliter ac Pater, ut apud Joann. legimus; „ Pater meus usque modo operatur et ego operor. ”

2<sup>o</sup> sanctitatem et omnipotentiam, cum ait, „ Quaecumque enim ille fecerit, haec et Filius similiter facit. ”

3<sup>o</sup> Miraculorum effectiorem dicens: „ Sicut enim Pater suscitabat mortuos, et vivificat: sic et Filius, quos vult, vivificat. Amen, amen dico vobis, quia veni hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei: et qui au,

dierint, vivent."

4<sup>o</sup> Judicium hominum et Angelorum sibi tribuit, quo, cum omni scientia conjuncta est. His verbis: "Neque enim Pater judicat quemquam: sed omne judicium dedit Filio."

5<sup>o</sup> Honorem aequalem Patri et cultum: "Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem: qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum."

6<sup>o</sup> Tandem se per semetipsum existere, seu esse ens a se, et necessarium, dum ait: "Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit et Filio habere vitam in semetipso." Quae omnia manifeste, cum Deo soli competant, et eo majoris sunt ponderis, quoniam Christus Dominus ea in medium protulit, ad sententiam suam, qua de Filium Dei longe esse affirmaverat, magis in firmandam et quasi demonstrandam, postquam Judaeos ideo esse offensos viderat. Ergo Christum Dominum revera Deum esse ostendunt. —

Opera superna

Quod vero opera supernaturalia Christus Dominus sibi attri-

buit, patet ex Evangeliorum lectione. Ita imprimis  
 peccata propria auctoritate remittit. *Matth. c. 2.*  
 it paralytico: „Confide fili, remittuntur tibi pecca-  
ta divina tua;” et contra hanc sententiam adsurgetes  
 Quiricos ita alloquitur v. 6. „Ut sciatis, quia Filius ho-  
minis habet potestatem in terris dimittendi peccata,  
sicut paralyticus;” Surge, tolle lectum tuum et vade in  
domum tuam.” Attribuit sibi redemptionem et salu-  
tem aeternam Joann. 1. „Oportet exaltari Filium ho-  
minis, ut omnis, qui credit in ipsum, pereat non,  
sed habeat vitam aeternam.” Et Joanne. c. 10: „Quis  
meae vocem meam audiunt; et ego cognosco eas, et se-  
quuntur me: ego vitam aeternam do eis.” Miracula  
propria sibi potestate efficit, ut Matth. cum dicit: „Vo-  
lo mundare;” et Marc. c. 5. v. 41: „Puella, tibi dico,  
surge.” Et Apostoli in nomine *Xristi* miracula pa-  
 trasse, constat *Act. 1.* „In nomine Jesu *Xristi* surge et am-  
bula.” Praeterea appropriatur sanctificatio *Xristi* in  
 1. ep. ad Corinth. 6: „Sanctificati estis,” ait Apostolus, in  
 nomine Domini *Jesu Xristi.*” Immo resurrectionem

*Matth. 9. 2.**Joann. c. 3.**Joan. c. 10.**Matth. 8. v. 2.**Marc. c. 5 v. 41.**1. ep. ad Corinth. 6.*

omnium miraculorum maximum sibi ipsi attribuit

Joann. c. 2. v. 19. X̄stus, Joann. : „ Solvite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud. ” Id autem dicebat de templo

Joann. 10. v. 17. corporis sui. Et Joann. : „ Ego pono animam in eam, ut iterum sumam eam. ” Praeter opera supernaturalia

Opera naturalia.

Ep. ad Coloss. c. 1. 15.

tribuuntur quoque Christo Domino opera naturalia, ut creatio et conservatio. Item in epistola ad Coloss. : „ Quoniam in Ip̄so condita sunt universa in caelis et in terra, visibilia et invisibilia. Et paulo post : „ Omnia in ip̄so, et per ip̄sum creata sunt, et ip̄se est ante omnes, et omnes in ip̄so constant. —

consubstantialitas  
Patri?

Joannem 10. 57.

His omnibus locis addenda sunt tandem ille, in quibus consubstantialitas Filii cum Patre declaratur, quosum unum prodest apud Joannem, ubi X̄stus disputans cum Judaeis in porticu Salomonis dicit : „ Voces meae vocem meam audiunt : et ego cognosco eas, et sequuntur me : et ego vitam aeternam do eis : et non peribunt in aeternum, et non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus, quod dedit mihi, ~~illud~~, majus omnibus est,



ἵνα ἄνθρωπος ἑβρί/ et nemo potest rapere Iesū/ de  
manu Patris mei, ego et Pater unum sumus. "Quo lo-  
co aperte ita argumentatur Iesus: nemo potest disci-  
pulos meos, quibus ego vitam aeternam largiturus sum,  
de mea manu eripere, quemadmodum de iis patris  
mei, qui omnipotens est, quia etiam ego sicuti Pa-  
ter omnipotens sum, cum ego et Pater unum sumus.  
Ad unitatem ergo substantiae cum Patre provocat hic  
aperte Christus, uti patet ex superioribus dictis, et de hac  
ipsa unitate cum locutum fuisse, ipsi Iudaei intelle-  
xerunt et propterea blasphemiae illum acciderunt  
atque lapidibus obruere voluerunt, quia, ut ajunt,  
homo cum sit, faciat se ipsum Deum.

Absolutam identitatem enuntiat idem Iesus Dominus  
verbis ad Philippum Apostolum prolatis, cum ait  
Iohannes: "Qui vidit me, vidit et Patrem, quomodo tu  
dixisti: ostende nobis Patrem, non creditis, quia ego in  
Patre et Pater in me est." Quibus verbis ejusdem sub-  
stantiae de cum Patre esse statuisse Iesus dicens est,

Joann. 5.17.

Nota 1<sup>a</sup>

aliter enim neque verba intelligi possent. + 7 uerba  
Licet Filius Dei seu Iesus Christus unus sit naturae ac Sub-  
stantiae cum Patre, atque aequae ac Pater Deus vivus et  
verus: potest tamen Deus Pater, quoniam Filius et Spi-  
ritus S. ab ipso procedunt, atque cum illo unum sunt,  
solum una loco Filii et Spiritus S. poni, praecipue ubi  
non relatio Patris ad Filium aut Spiritum S., sed De-  
i ad res creatas respicitur; vel vero ipse falsus diis op-  
ponitur. Quo sensu Christus Patrem solum Deum verum  
dicit, quum ait: „Haec est vita aeterna: Ut cogno-  
scent te, solum Deum verum, et quem misisti Iesum  
Christum, i. e. id ad veram salutem homines ducit, ut cre-  
dant, non multos deos, sed te Patrem, mecum et Spiritu  
S. unum, solum esse verum Deum, et simul agnoscant,  
quem misisti, me Filium tuum, hominem factum,  
Messiam promissum, mundi Redemptorem.  
Licet etiam et alio modo solvi potest difficultas ex  
hoc loco desumpta, ut nempe dicatur, quod ex textu  
graeco clarius apparet, hic solum *μόνος* non adver-  
bialiter sed adjectivae poni, hinc referri debere ad Patrem

et ad Filium ita, ut illa verba significabant, "solus  
Deus verus tu es Pater et ego Filius tuus." Eodem modo

intelligenda sunt etiam verba Th. post. Pauli in ep.:

1. ep. ad Cor. 18. 6.

"Nobis tamen unus est Deus Pater, ex quo omnia, et  
nos in illum; et unus Dominus Jesus Christus, per  
quem omnia, et nos per ipsum." Nam etiam hic dictio:

εἰς θεός, ad Deum, quatenus Gentilium opponitur  
diis, nequaquam autem quatenus opponitur Filio et  
Spiritu S., refertur, hoc sensu: Nobis tantum unus  
est Deus, qui est Pater, cum Filio et Spiritu S. unum

Numen, a quo omnia originem suam repetunt. Eo  
minorem difficultatem parere possunt verba ejusdem

Apostoli: "Unus Deus, et Pater omnium, qui est suus,  
per omnes, et per omnia, et in omnibus nobis."

Ep. ad Ephus. 4. 6.

Nec non illa alia ad Rom. : "Soli sapienti Deo, - honor  
et gloria." Nam in utroque loco manifeste de Deo, quem

Ep. ad Rom. 16. 27.

Apostolus ob creationem, curamque providam ac patrem,  
nam in nos beneficentiam Patrem vocat, quo ad substantiam  
sermo est. —

Nota 2<sup>a</sup>. + Christus non tantum Deus, sed et simul homo est; et  
propterea de ipso non tantum divina, sed et humana  
memoriae in S. Litteris prodantur, quin haec ejus  
divinae naturae obsint, eodem fere modo, quo ho-  
mo idem et mortalis dicitur et immortalis. -

Joann. 7. 16.

Inde sequentia effata, et similia lucem acquirunt;  
Joann. : „Mea doctrina non est mea, sed  
ejus, qui misit me” i.e. quatenus homo sum, pro  
quo me habetis, adeoque non est mera humana, et a  
doctrina Patris diversa, sed eadem omnino.

Math. 26. 39.

Ita Math : „Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut  
tu”. Et Joanne : „Qui credit in me, non cre-  
dit in me” i.e. hominem, quem me merum mundus

Joann. 12. 44.

esse opinatur, sed in eum, qui misit me”. Eodem  
modo dicta sunt illa apud Joannem. et Joanne 5. 36

Joann. 7. 28

Joann. 8. 50 etiam Joanne 14. 25 „Pater major  
me est” i.e. respectu gloriae, quatenus ego sum homo.

Math. 20. 23

Et Math : „Sedere ad dexteram, vel sinistram  
meam non est merum dare vobis, sed quibus para-  
tum est a Patre meo”. Et Marc. : „De die autem il-

Marc. 13. 32.

lo, vel hora nemo scit<sup>n</sup> i.e. scientia scilicet hominū,  
 būs communicanda, neque Angeli in coelo, neque Fi-  
 liūs, sed Pater, " Et 1. ep. ad Cor. i. Caput Christi i.e.  
 tamquam hominū, " Deū; " item Marc. i. " Quis me  
 dicis bonum? " i.e. quem merum hominem putas?  
 " Nemo bonus nisi unus Deū. " Hinc referri debent  
 verba Joannīs, quibus Mariam Magdalenam allo-  
 quitur Christus: " Ascendo ad Patrem meum, et Patrem  
 vēstrum, Deum meum, et Deum vēstrum. " Nam Xp̄s  
 non eodem modo patrem coelestem appellat Patrem  
 et Deum suum ac discipulorum, alioquin dicere debe-  
 ret: " Patrem et Deum nūstrum, " eo vel magis, quod hic  
 de humanitate loquitur sua, quae sola tantum ire  
 poterat ad Patrem et Deum, cum qua Deū cum Pa-  
 tre et Deo semper est. + . -

1. ep. ad Cor. 11, 3.

Marc. 10. 18

Joann. 20. 17.

Testimonia divinitatis Verbi ex  
Traditione petita. -

Argumenta pro divinitate Verbi ex SS. Scripturis de-  
prompta nunc a nobis sunt fusius explicata. Su-  
perest ut eadem veritas ss. Patrum Traditione mun-  
detur, optime enim, quae fuerit Christi et Apostoli doc-  
trina, quae s. scripturae sensus, quod vero sacra dogma-  
ta attinet et tuto colligere possumus prae omnibus  
ex primis Ecclesiae Christianae Magistris, qui Chri-  
sti et Apostolorum doctrina aetate proprio vel audi-  
tores fuerunt discipulorum Christi Domini, vel ab his e-  
docti, qui doctrinam coelestem ex ore Apōrum haurie-  
rant.

Si autem veteres illos divinae doctrinae testes audi-  
mus, de vera Christi divinitate dubitare non simimur.  
In medium autem dumtaxat proferimus testimonia  
SS. Patrum, qui vixerant ante Concilium Nicaenum  
Ium; nam fidem in Dei filium Patri consubstantia-

lem inde ab hacce Synodo in Eccl̃a semper viguisse, ne ipsi adversarii quidem inficiantur, ~~Inter eos~~ ino So, cinianis̃ solemne illud est: Patres Nicaenos̃ tamquam antiquae fidei corruptores̃ Araducere. Sed opus̃ esset nimis̃ diffusum, si vellemus̃ omnia testimonia producere ex tribus̃ prioribus̃ saeculis̃, quae constantem Eccl̃ae tum graecae tum latinæ fidem in Nisi aut Verbi di, unitatem probant. Nos̃ pauca seligamus, quae speciatim de Filii divinitate agunt.

Quoad Ium saeculum habemus̃ imprimis̃ S. Her-  
man, qui fere Arum tempore adhuc scripsit et in S. Hermañ.  
 libro suo posteris̃ inter alia haec habet: "Nomen Fi-  
lii Dei magnum est et immensum, et totus ab eo su,  
stentatur orbis."

S. Clemens Romanus, Pauli socius in Apostolatu, ter-  
 tius a B. Petro Romae Pontifex | + a. 101. | scribit: "Spox  
 tere nos̃ sentio de Niso tamquam de Deo, ac de iudice  
 vivorum et mortuorum". -

S. Ignatius, Joannis A. discipulus et Episcopus Antioche-  
 nus | + a. 107 | tradit in ep. ad Ephesios: "Unus est medi,

S. Clem. Romanus.

S. Ignatius.

cus carnalis et spiritalis factus est, en non factus  
in homine Deus in morte vero vita et ea Deo."

S. Polycarpus

Saeculo II<sup>o</sup> S. Polycarpus, Ignatii Martyris discipu-  
lus et Ep<sup>o</sup>s Smyrnensis († a. 167), in oratione dicta,  
antequam rogo imponeretur, sic oravit: „Ac benedico  
et glorifico per sempiternum pontificem, Jesum X<sup>istum</sup>,  
dilectum filium tuum, per quem tibi cum ipso in  
spiritu s. gloria nunc et in futura saecula saeculo-  
rum."

S. Justinus

S. Justinus et Athenagoras ex philosophis Christianis,  
nisi ambo divinitatis X<sup>isti</sup> defensores sunt, primus do-  
cet: „Secundum X<sup>istum</sup> esse Deum, quod non ex doctrinis  
humanis, sed Prophetis praedicantibus et ipso X<sup>isto</sup>  
tradente constet, verique Dei Filium solum ac pro-  
prium, ante mundi creationem genitum, per quem  
omnia condita et ornata sint." — Secundus autem

Athenagoras.

in sua apologia Marco Aurelio oblata, postquam  
pluribus demonstraverat de Patre, Filio et Spiritu S.  
vero Deo, tandem illa ita concludit: „Quibus igitur  
non miretur, cum atheos vocari audiat eos, qui De-



um Patrem, et Filium Deum et Spiritum S. asserunt,  
ac eorum in unione potentiam et in ordine distinctio-  
nem demonstrant."

S. Irenaeus (+ a. 203) contra haereticos: „Ecce fidem  
eam ab Apostolis eorumque discipulis acceptam, quae  
est in unum Deum, Patrem omnipotentem, — et in  
unum Jesum Christum Filium Dei, nostrae salutis  
causa incarnatum, et in Spiritum S., — summo studio  
et cura — conservat." Qui locus memoratu dignissimus  
est, quoniam Symbolum fidei Ecclae universalis seculi  
secundi continet. —

Dein c. 3. v. 6. vocat „Natum Dnm ac Deum, sicuti Pa-  
ter Dns et Deus est."; c. 20. in „Filium Dei, qui Deus est."

Saeculo III<sup>o</sup> Fides Patrum huius saeculi patet ex Sabelli  
~~et~~ et Pauli Samosciteni condemnatione. Synodus  
Antiochena contra Paulum congregata in ep. ad eum,  
dem directa ita catholicum dogma exprimit: „Hunc  
Filium genitum, unigenitum Filium, imaginem  
invisibilis Dei primogenitum omnis creaturae, Sa-  
pientiam et Verbum et virtutem Dei, qui ante sae,

cula non praescientia, sed substantia et hypostasi,  
si Deum et Dei filium in V. et N. T. agnoscetes  
confitemur. -

C. Alexandrinus.

Clementis Alexandrinus docet (+ 220) : „ Verbum De-  
um esse, cum Patre unum, Filium in Patre, „ porro,  
Xp̄m Deum et hominem esse, re ipsa adoratum, ve-  
rum sine controversia Deum! „)

Origenes

Origenes docet : „ Jesum Christum ante omnem cre-  
aturam ex Patre esse natum ; esse hominem factum,  
cum Deum esset extra omne initium generatum,  
generatione aeterna et sempiterna, Filiumque  
natura, non adoptione. „ His concordant et alii  
ut Ss. Hippolytus, M, Cyprianus, Dionysius  
Romanus, Gregorius Thaumaturgus et alii. Huc  
pertinet etiam doxologia in Eccl̄a ab initio usita,  
ta : „ Gloria Patri et Filio et Spi-  
ritui Sancto. ~ ~ ~

De Spiritu S. divinitate et eius cum  
Patre et Filio consubstantialitate.

De tertia itaque Persona S. Trinitatis nunc nobis  
agendum venit, de qua, ut omittam vetustos illos hæ-  
reticos, de quibus scribit S. Ignatius Martyr in episto-  
la sua ad Tralianos agentibus nobis circa eam, duo po-  
tissimum adversariorum genera errarunt, Ariani  
nimirum et Macedoniani, qui detracta Spiritus S.  
divinitate ipsum in censu / numero / creaturarum col-  
locarunt, atque insuper Aroni omnium maximad,  
versarii recensendi sunt in hac re, qui fortius, quam  
Macedoniani ipsi blasphemarunt de Spiritu S. -  
Nihilominus tamen Pneumatomachorum nomen reser-  
vatum fuit Macedoniis a Patribus, non autem Aria-  
niis. Causa est, quia Ariani non tertiam tantum S.  
Trinitatis personam impellebant, sed et secundam, ino-  
potissimum Filium, quem creaturam esse dicebant.  
De nomine Spiritus S. antequam loquamur, animadver-

tendum est, quod imprimis Synodus Alexandrina  
praesente Athanasio Magno Spiritus S. divinitas,  
tenaſerunt anno 362; et postea anno 381<sup>o</sup> Syno-  
dus Constantinopolitana 1<sup>a</sup> coacta est ex 150 Ep<sup>o</sup>s  
sub Theodosii Magni imperio, in qua error Ma-  
cedonii peritus prostratus est. Haec synodus initio  
Eccl<sup>ae</sup> orientalis generalis fuit, sed postea accedente  
Damasi Papae et totius occidentalis Ep<sup>o</sup>rum consen-  
su auctoritatem Concilii oecumenici pro universa  
Eccl<sup>ae</sup> adeptae est. His oppugnantibus divinitus Spi-  
ritus S. adnumerandi sunt recentiores Sociniani  
et qui cum eis sentiunt moderni Protestantes,  
qui in hoc differunt a plerisque antiquioribus The-  
omachis, quod hi fere omnes docuerint, Spiri-  
tum S. Personam quidem esse, sed creatam et Deo  
longe inferiorem. Sociniani autem eum personam  
esse negant et virtutem Dei tantum atque energiam ad-  
se contendunt. His praesuppositis de voce Spiritus  
S. aliqua declaranda veniunt. Si igitur vocem

ipsam spectemus, nomen „Spiritus” seu graece „πνεῦμα”  
 „iuxta St. Athanasium idem esset ac πᾶν πνεῦμα  
 i.e. „omnis motus”, „omnis inclinatio.” Sed si vera  
 loqui velimus, allusiva videtur potius illa St. Athana,  
 sui interpretatio. —

Puto vero, quod quemadmodum vox „Spiritus” a voca,  
 bulo „Spiro” derivata est, ita vox graeca „πνεῦμα”  
 non aliunde derivetur, quam ex verbo „πνέω spiro.”

Haec autem vox πνεῦμα passim de Spiritu in creato  
 adhibetur, et quidem dupliciter; adhibetur scilicet  
 substantive οὐσιώδως, et hypostatice ὑποστάτως i.e.

de Persona divina. Quoad primi generis usum, ar,  
 gumentum nobis praebet Joannes A., ubi dicitur:

Joann. 4. 24.

„Spiritus est Deus, πνεῦμα ὁ Θεός”, ut nempe Deus in,  
 corporeus probetur, adhibetur autem praeterea ad de,  
 signandam tertiam S. Trinitatis personam, ut ex  
 plurimis exemplis statim videbimus. Ceterum cum  
 de Persona sermo est, non semper eodem modo solet  
 usurpari vox „πνεῦμα”. Aliquando siquidem usur,

Joann. 1. 32.

patur simpliciter sine ullo addito, aliquando autem cum aliquo addito. Ita simpliciter usurpatum invenimus apud Joann. 1. 32. : „Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de caelo.“ Cum adjectione autem frequenter adhibetur, quae adjectio varia saepe est. Ita dicitur: „ Spiritus vivificans, Spiritus Patris, Spiritus Dei, Spiritus Jesu et Sanctus etc... Praecipue autem quinque sunt appellationes tertiae divinae Personae :

Genesi 1.

1<sup>a</sup> est Spiritus Dei, πνεῦμα Θεοῦ ut Gen. 1. : „ Spiritus Dei ferebatur super aquas;“ ita 1. ep. ad Corinth. 2. 14.

2<sup>a</sup> Spiritus Sanctus τὸ πνεῦμα Ἅγιον ut Act. 5. 14. - 3. 4.

3<sup>a</sup> Spiritus gratiae, πνεῦμα χάριτος, ut ad Hebr. 10. 29.

4<sup>a</sup> Spiritus promissionis, ut ad Ephes. 1. 13.

5<sup>a</sup> Spiritus veritatis τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας Joann. 14.

Praestitutibus notionibus probanda veritas tertiae personae scilicet Spiritus S. Deitatis, quae quidem in omnibus fere Symbolis asserta invenitur. Speciminis ergo datus sit revocasse, quod in professione

Animalis autem homo non potest capere ea, quae sunt Spiritus Dei. Del. 5. 2. 4. Hic autem dicitur, Spiritus S. in hominibus non dicitur, sed in hominibus sicut dicitur.

3) 10. 29. ad Hebr. in Et Spiritus gratiae, qui continentium fecerunt. 4) In quo (S. S.) et ordinatus signatus. 5) Spiritus S. in promissionibus S. S.

Joan. 14. 15. 16.

1) XIV. 16. 17. Et ego rogabo Patrem, et aliam Personam dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum Spiritum veritatis.

Jo. 16. 13.

fidei Damasi apud Theodoretum libro V ep. 11. legi-  
tur: „Anatematizamus eos, qui non dixerint, Spi-  
ritum S. de Patre esse, vere ac proprie, sicuti Fili-  
us de divina substantia et Deum verum.“ Et ex Symbo-  
lo Nicaeno-Constantinopolitano: „Et in Spiritum S.  
Dominum, et vivificantem, ex Patre procedentem, et  
cum Patre et Filio simul adorandum et conglorifican-  
dum: qui locutus est per Prophetas.“

Cum de fide esse divinitatem Spiritus S. cognoverimus,  
unum adhuc superest, ut argumenta inquiramus sive  
ex bibliis, sive ex Traditione, quibus efficiatur u-  
nius naturae ac potestatis cum Patre et Filio esse  
Spiritus S. et illum personam esse divinam a  
Patre et Filio distinctam licet illis consubstanti-  
alem. -

Item itaque argumentum desumitur ex illis locis  
S. Litterarum, in quibus Spiritus S. explicite Deus  
appellatur. Ita Actor. 5. v. 3 et 4. dicit Petrus ad Ana-  
niam: „Cur tentavit satanas cor tuum, mentirite

Actor. 5. 3 et 4.

Spiritui S., et fraudare de pretio agri? Nonne  
manens tibi manebat, et verumdatum in tua e-  
rat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc  
rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo". Quae  
verba si attentius inspiciantur evidens erit uno  
eodemque sensu usurpari phrasi mentiri Deo ac  
mentiri Spiritui S. Recte ergo inferitur Spiritum  
S. Deum esse. Pariter 1. ep. ad Cor. 3. 16. : "Nescitis,  
quia templum Dei estis et Spiritus Dei habitat  
in vobis." Et cap. 6. 19. : "An nescitis, quoniam  
membra vestra templum sunt Spiritus S., qui  
in vobis est, quem habetis a Deo et non estis vestri."  
In his etiam locis pro uno eodemque sumitur templum  
Dei et templum Spiritus S., quod enim templum Dei  
dicit, id idem templum Spiritus S. nominat. Er-  
go nulla dubitatio adesse potest, Spiritum S. Deum  
esse. Idem omnino erui potest ex verbis Isajae col-  
latum cum illis Actorum, ait enim propheta: "Audi  
virocem Domini dicentis, vade et dices populo huic:

1. ep. ad Cor. 3. 16

Isaj. 6, 8-9  
Act. 28. 25



audite audientes et nolite intelligere." Nemo certe dubitat a vero Deo haec dicta fuisse prophetae, sed Deum hunc Spiritum S. esse, expressis verbis declarat in Act. 8.25: "Bene Spiritus S. locutus est per Isa. jam, vade ad populum illum et dic ad eos: aure au- dietis et non intelligetis." Ergo Spiritus S. ex hisce locis verum natura et substantia Deum esse demon- stratur. —

Act. 8.25.

II<sup>um</sup> Argumentum pro divinitate Spiritus S. desume- re possumus ex illis locis S. litterarum, in quibus illi tribuuntur attributa et operationes, quae uni Deo propriae sunt. Ita tribuitur imprimis Spiritui S. sapientia <sup>intellectus</sup> comprehensiva Dei 1. ep. ad Cor.:

1. ep. ad Cor. 2.10

" Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei." Et Joani: " Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem." Tribuitur etiam independens ac omnino libertas in agendo et gratia- rum distributio. 1. ad Corinth. 12.11.: " Haec omnia ope- ratur unus atque idem Spiritus dividens singulis pro- ut vult." Praeterea immensitas Sapient. 1. 7. 1. " Spi-

Joan. 16.13.

1. ad Corinth. 12.11.

Sap. 1.7

ritus Domini replevit orbem terrarum." Dein remis-  
sio peccatorum Joan. c. 20: "Accipite spiritum s. et  
quorum remiseritis peccata, remittuntur eis." Sancti

1. ep. ad Corinth. 6. 11. ficatio et justificatio. 1. ep. ad Corinth: "Sed abluti e-  
stis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in  
nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu

Joan. 3. 5. "Nisi quis renatus fue-  
rit ex aqua, et Spiritu S. non potest introire in re-

ep. ad Rom. 5. 6. quam Dei." Et ad Rom. 1: "Charitas Dei diffusa es,  
se in cordibus nostris per Spiritum S., qui datus est  
nobis." Tandem tribuitur Spiritui S. inspira-

Joan. 16. 13. tio legatorum divinarum et revelatis futurorum et ea,  
dem majestas, honor et virtus, ac Patri et Filio, ut Joan:

2. ep. Petri 1. 21. "Spiritus sancto  
inspirati locuti sunt sancti Dei homines." Et Math:

Math. 28. 19. "Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomi-  
ne Patris, et Filii, et Spiritus Sancti." Primo igi-

tur hic Spiritus S. cum Patre et Filio nominatur et  
in unum velut honoris ac dignitatis consortium ad jun-  
gitur; quod nefas esset, si Spiritus S. creatura foret.

Item, "baptizare" idem est ac ejus gratia ac virtute a  
peccatis abluere seu regenerare. Cum autem jubea-  
mur a Nro Dño aequè in nomine Filii et Spiritus  
S. ac Patris baptizari; pari modo ergo virtute Filii  
et Spiritus S. non minus ac Patris abluimur et rena-  
scimur. Cum autem spiritalis hominis regeneratio  
non nisi divina virtute ac gratia perfici possit, Fili-  
us et Spiritus S. pariter ac Pater, Deus sicut necesse  
est. Sed ut directius agrediamur Socinianos, qui  
negant Spiritum S. esse Personam et ea, quae in  
S. bibliis occurrunt de Spiritu S. dicta, de energia  
seu virtute divina explicant, ita contra ipsos argu-  
mentum in situimus. Fatentibus omnibus actio-  
nes esse suppositorum seu personarum, jam vero in-  
numera sunt loca S. Litterarum, in quibus Spiritui  
S. actiones Deo soli propriae tribuuntur, igitur Spi-

Joann. 14.

ritus S. non est merum nomen potentiae divinae, sed est Persona realis. Quod autem tales actiones Spiritui S. tribuantur, facile convincitur. Etenim Joanne dicitur: „ Ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum. Paraclitus autem Spiritus S., quem mittit Pater in nomina mea, ille docebit vos omnia. ” Hic igitur doctrina attribuitur Spiritui S. non solum, sed etiam explicitis verbis dicitur distinctus a Patre, a Filio, qui vero dicitur alius et distinctus et operans, non est potentia aut virtus mera alterius, sed vera hypostasis seu persona distincta. Insuper dicitur de Spiritu S. illum testari Joanne: „ Ille testimonium perhibebit de me; dein illum scrutari profunda Dei 1. ep. ad Corinth. 2. 20. : ” Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei. ; praeterea deputare ad ministerium Ecclesiae. Acta. : ” Dixit illis Spiritus S. segregate mihi Saulum et Barnabam ad opus, ad quos assumpsi eos. ” Item opera perficere et dona

Joann. 15. 26.

1. ep. ad Cor. 2. 20.

Act. 13. 20.

largiri. 1. ep. ad Corint. 12. 11. i. "Haec omnia opera, tur unus atque idem Spiritus dividens singulis, prout vult. Spiritus S. item dicitur a Patre pro, cedi, a Patre et Filio mitti, ergo melius est a Patre et Filio. -

1. ep. ad Cor. 12. 11.

III<sup>um</sup> Argumentum. Spiritus S. sub specie visibi, li apparuisse, legitur i. "Nusquam autem invenitur donum aliquod supranaturale aut attributum divi, num formam visibilem induisse", ita Lucae 3. 22. i.

Luc. 3. 22.

"Descendit Spiritus S. corporali specie sicut columba in Ipsum et descendit supra eum (sic. Num.)." Et Act:

Act. 2. 3.

" Spiritus S. descendit sub specie linguarum instar ignis super capita Apostolorum." Ne autem putemus per linguas tantum dona Dei gratiae indicari, etenim ibi non solum de donis et gratiis, quibus Apostoli reple, ti sunt, sermonem esse, sed etiam de Spiritu S. qui don, norum auctor esse dicitur v. 5. " Repleti sunt omnes spi, ritu s. et coeperunt loqui variis linguis, prout Spiri, tus S. dabat eloqui illis." -

Act. 2. 4

## Objectiones.

1<sup>o</sup> Obijciunt contra argumenta superius adducta ad versa-  
rii 1<sup>o</sup> quod interdum in S. Litteris conjungitur De-  
us sive cum Angelis sive cum hominibus aut aliis crea-  
turis, quin tamen dii sint, aut per hoc fiant. Ergo  
argumentum desumptum praesertim ex formula bap-  
tismi parum valet; quod vero recipi interdum conjun-  
gatur Deus cum Angelis, hominibus aliisque creaturis,  
1. ep. ad Timoth. 5. 21. demonstrare, videtur ex 1. ep. ad Timoth. 2. "Testor co-  
ram Deo et Christo Jesu et aliis angelis." Item confir-  
mant ex Act. 15. 28: "Visum est enim Spiritui S. et  
nobis." Et ex Exodo 14. 31: "Crediderunt Dominus et  
Moyse servo eius."

Act. 15. 28

Exod. 14. 31.

## Responsio.

Sed objectiones tales jam dudum a Patribus sufflatae  
sunt. Annon advertunt nempe Patres, quod in 1. testimo-  
nio adducuntur angeli veluti testes, et cum de testibus  
agatur, tunc non solum ratione praeditae sed et mutae

creaturae saepe adhibentur, ut Isajae: „Audite coeli  
 et auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus  
 est." Et similiter Deuteronomio: „Audite coeli, quae lo-  
 quor, audiat terra verba oris mei." In locis autem a no-  
 bis adductis et praecipue in illo ex formula baptizami non  
 adducitur Spiritus S. ut testis, sed ut Deitatis socius,  
 et auctor eorum, quae Dei propria sunt. Maximum ergo  
 intercedit discrimen. Quod autem postremo loco adducitur,  
 nullam parit difficultatem, ibi enim aperte Moyses ser-  
 vus appellatur. —

Isaj. c. i. v. 2.

Deuti. 32. 1.

### Obiectio secunda.

Sed non semper mentio est de Spiritu S., ubi mentio  
 fit de Patre et de Filio imo aliquando tacetur Spiri-  
 tus S. et Angeli adduntur, ergo Spiritus S. vere De-  
 us dici nequit. —

### Responsio.

Ad hanc difficultatem respondeo imprimis: nemi-  
 nem ignorare, quod cum unius S. Trinitatis personae

mentis fiat, semper etiam de aliis eo ipso sermo est,  
cum intelligi debent per silentium ergo unius aut  
alterius personae, hae non excluduntur a consortsio  
mentionate. Insuper sunt loca, in quibus de Patre  
solo aut de solo Filio sine Patre et Spiritu S. aut  
de Spiritu S. cum Filio sine Patre mentio fit, et ta-  
men nemo concludit ex inde, Patrem aut Filium De-  
um non esse. Eadem ergo dicenda sunt de Spiritu S.

### Obiectio tertia.

Obiectio 3<sup>a</sup> Macedonianorum: Spiritus S. dicitur, non  
a se loqui, sed audire ab alio et accipere ab alio et  
tamquam legatus mitti a Patre et a Filio, ergo Spi-  
ritus S. non est Deus.

### Responsio.

Sed nihil officit haec obiectio, audire enim, ut ait S. Au-  
gustinus: idem est in divinis accipere et scire idem ac  
esse, hinc accipere, audire, scire, mitti nihil aliud si;



gnificat, nisi procedere, et hoc in sensu de Spiritu S. dicitur.

Objectio quarta.

Quae in S. Litteris de Spiritu S. dicta sunt, talia sunt, quae prorsus dedecent Deum, etenim gemitus, postulationes aliaque huiusmodi Sancto Spiritui attribuerentur in S. Litteris, uti ad Romanos; „ Similiter autem et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram, nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis <sup>in</sup> gemitibus inenarrabilibus.

ep. ad Rom. 8. 26.

Responsio.

Duplex datur a Patribus responsio ad hunc locum. Prima in eo consistit, quod nempe Patres putant, hunc sermonem esse aut de Spiritu hominis orantis aut supplicantis vel etiam de dono ipsius orationis a Spiritu S. infuso, saepe enim donum Spiritus Si dicitur Spiritus S. ita S. Ambrosius cum aliis. Sed alii tamen Patres intelligere voluit haec verba de ipsa persona Spiritus sancti et explicant per haec verba nihil aliud affirma,

ri, nisi quod Spiritus S. facit nos gratia sua adju-  
vando ut oremus. Saepe enim fit, ut verbum activum  
loco passivi adhibeatur in S. Litteris, praesertim  
tunc, cum ratione quadam ad actionem concurrat  
Deus; eo vel magis haec ad locum nostrum applican-  
da veniunt, cum contextus ipse explanationi tali  
ad amussim cohaeret et omnino favet. Ait enim  
Apost. in loco citato: „ Spiritus adjuvat infirmi-  
tatem nostram, namquid oremus, sicut oportet,  
nescimus, sed ipse Spiritus postulat i. e. postulare  
nos facit. Ita St. Augustinus cum aliis.

( Divinitas Spiritus S. ex Traditione  
demonstratur. —

Quemadmodum S. Patres testes nobis erant divinitatis  
verbi, ita quoque sunt spiritus S. Nonnullos videamus.

Epist. ad Magnes. n. 13.

Sit itaque primus S. Ignatius in Epist. ad Magnes. n. 13. :  
„ Studete igitur, ut confirmemini in dogmatibus Domini  
et Ap̄rum, ut omnia, quae facitis, prospere vobis succe,

dent, carne et Spiritu, fide et caritate in Filio et Patre  
et Spiritu S. Subjecti esse Ep̄o, ut vobis mutuo, ut J̄s. Chrī  
Sp̄s patri secundum carnem, et Apostoli N̄ro et Patri et Spi-  
ritui S.

St. Polycarpus M.: „Quapropter de omnibus laudo te, benedico  
te, glorifico te, cum sempiterno et coelesti Jesu N̄ro dilecto  
Tuo Filio, cum quo tibi et Spiritui S. gloria nunc et in futu-  
ra saecula.“ —

Athenagoras autem dicit in Apologia pro Chrīnis: „Quis igitur  
non miretur cum atheos vocari cunctat eos, qui Deum Patrem,  
et Filium Deum et Spiritum S. asserunt ac eorum et in unio-  
ne potentiam <sup>substantiam</sup> et in ordine distinctionem demonstrant.“

Theophilus St. primus Igeados nomen adhibuit et vocat Deum,  
et Verbum ejus et Sapientiam ejus, seu Spiritum S.

Irenaeus St. in Symbolo suo ait contra haereticos: „Ecclesia  
... fidem ab Apostolis eorumque discipulis acceptam, quae est

Contra haereticos  
L. 1. c. 10 n. 1. —

in unum Deum Patrem omnipotentem, et in unum Jesum  
Christum, Filium Dei, <sup>nostrae salutis causa incarnatum,</sup>

et in Spiritum Sanctum, qui per pro-  
phetas Dei dispensationes et adventus praedicavit <sup>sancti studio et cura conservat.</sup>

Clemens Alex. exclamatur, „O miraculum mysticum! Unus  
quidem est universorum Pater, Unum est etiam Verbum

universorum, et Spiritus S. unus, et ipse est ubique.  
Hi primorum saeculorum Patres sufficient, quum quoad  
alios Patres nullum dubium adesse potest. Nam cum sae-  
culo IV Macedonii haeresis exorta est, tota tum orienta-  
lis, tum occidentalis Ecclia in eius damnationem consen-  
sit, et in Concilio Constantinopol. decreto fidem totius  
Eccliae agnovit. —

## Pars secunda.

Pater et Filius et Spiritus S. tres personae reali-  
ter distinctae, unius tamen ac individuae  
naturae et substantiae. —

Patrem, Filium et Spiritum S. Deum esse hucusque cate-  
chizantibus SS. Litterarum et universali Traditione pro-  
bavimus singillatim. Hoc summa mysterii S. S. Trin-  
itatis in hoc constituenda est, ut non solum Pater et Filius,  
et Spiritus S. quamque personam Deum nominemus,

et hoc nomen divinae naturae competere credamus, sed eti-  
 am haec tria distinctas esse personas in una eademque essen-  
 tia subsistentes profitemur. Hoc igitur modo demonstrandum  
 venit. Non defuerunt enim plures, qui minime negarunt  
 Patrem, Filium et Spiritum S. dici in S. litteris Deum, ta-  
 men realem distinctionem inter personam seu hypostasim Pa-  
 tris, Filii, et Spiritus S. non admittentes, sed contenden-  
 tes, has tres tantum diversa nomina esse, diversas esse  
 Dei manifestationes, seu modos sese manifestandi, et diver-  
 sas divinas operationes ejusdem unius personae divinae,  
 propterea ut haeretici rejecti sunt, qui omnes sub nomi-  
 ne Antitrinitariorum duce Sabellio veniunt. Praeter  
 hunc errorem cavendus etiam est illi contrarius, qui statu-  
 it, tres esse non solum personas, sed et tres distinctas sub-  
 stantias inter se aequales; hic error proprius est Tritheista-  
rum duce Joanne Philopono. Rejectis his erroribus statu-  
 imus doctrinam Ecciae cath. nempe: "tres esse divinas per-  
 sonas a se realiter distinctas: Patrem et Filium et Spiritum  
 S. in una eademque numerice essentia. Haec veritas  
 de fide est, ut patet ex Symbolo Athanasiano, commu-  
 niter ab Eccia universa recepto: "Fides catholica haec est,

ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremus, neque confundentes personas, neque substantiam separantes. Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia spiritus Sancti, sed Patris et Filii et Spiritus S. una est divinitas, aequalis gloria, coaeterna maiestas."

Sed antequam ad probandam hanc veritatem, Eicæque definitionem ex revelationis divinae fontibus veniamus, necesse est, ut explicemus verba et nomina illa, quibus Eicæ utitur de mysterio S. Trinitatis agens. Ad rationem autem S. Trinitatis duplex pertinet conceptus, illius nempe, quod absolutum est, et illius, quod relativum; conceptus autem eorum, quae absoluta sunt, complectitur quicquid in Trinitate unicum et singulare est; eorum vero, quae relativa sunt quicquid in Trinitate multiplex et distinctum est. Absoluta vero in Trinitate sunt, quae nullam relationem ad alia habent, ad quae pertinent: essentia divina, attributa Dei ut: imensitas, aeternitas, bonitas... Relativa vero ita dicuntur, quia relationem ad aliud habent, ut Pater non absolute, sed relative dicitur, quia Pater sine Filio esse non potest; uno verbo sub iis, quae relativa

sunt veniunt omnes illae proprietates seu notae, quibus Pa-  
ter a Filio distinguitur. Sed sicuti duplex est conceptus Tri-  
nitatis, duplex etiam esse debet et vocabulorum series, qui-  
bus ea exprimuntur, quae ad Trinitatem pertinent. Itaque

statuere possumus vocabula alia esse absoluta, alia relativa.

Absoluta vocabula, quae pertinent ad Monarchiam Tri-  
nitatis, et vocabula, quae ad oeconomicam seu ad personas  
necessaria sunt. Praecipue vero voces sunt absolutivae: oibis -  
q oibis, - o nobis; essentia, natura, persona.

Sub essentia, quae etiam natura dici potest, solet, intelli-  
gi illud omne, quo res vere ac proprie constituitur, seu ef-  
ficatur id, quod est cum omnibus proprietatibus suis; haec  
est notio essentiae sensu latiori seu essentiae physicae. Sensu  
tamen strictiori essentiae metaphysicae / essentiae nomine

venit id, quod proprie rem ab omni alia distinguit, et ra-  
dia proprietatum et causa ejus est. Patres vocem essentiae  
oibis sicuti et naturam antiquitus pro persona aut sub-  
stantia pro se et per se existente accipere solebant. Quo  
sensu etiam Sabelliani oibis intellexerunt, quum Fili-  
um et Spiritum S. Patri o oibis praedicarunt. Unde

nil enim prius  
esse potest, quam id,  
quod efficit, ut res id sit,  
quod esse est.

et in Concilio Antiocheno contra illos a 341 coacto de-  
finitum est, propriam esse Patris et Filii et Spiritus  
scti. essentiam seu substantiam i.e. personam. Sed jam mo-  
do receptum est, ut nomine οὐσίας seu etiam ὑποβύσιος sensu  
latiori significetur id, quod rem proprie conficit, et affecti-  
onibus ac relationibus seu modis variantibus opponitur,  
ex. gr. essentia hominis est animal rationale, quia ani-  
malitas et rationalitas facit, quod homo, id est, quod est.

Substantia est id, quod ita in  
se est, ut non existat ex parte  
in altero.

Substantia est illud, quod nullo alio indiget tamquam  
subjecto, cui inhaereat ad existendum, seu praeiudicium: quod extat  
in se, et per se, et huic inhaerentibus opponitur, quae sub-  
jectum, cui inhaerent, et inveniunt, indigent. Hinc sub sub-  
stantia intelligitur a)

Enō absolutum, seu Deus per excellentiam, utpote qui  
solus est, qui per se independenter ab omni alio absolute  
ac vere existit.

b) Omne enō finitum etiam, quatenus, licet a Deo dependet,  
at, tamen non alteri finito subjecto inhaerendo, in se, et  
per se existere dicitur. - Graece ὑπόβυστος et in hoc sen-  
su aliquando sumebatur, sed modo jam ὑπόβυστος ad persō-



nam significandam restringitur. -

Subsistentia, ἡ ὄντος τῆς ὑπόστασεως, existentia pro se ac pro se, seu pro se et propter se, ἢ ἄνευ ἄλλου, ἢ ἄνευ ἄλλου, ἢ ἄνευ ἄλλου. Haec igitur imprimis illum modum actus seu in concreto, ut ajunt, existendi indicat, seu juxta vocabuli vim nihil aliud importat, quam modum, quo substantia quaelibet sive completa, ut homo, sive incompleta, ut hominis pars, brachium aut pes existit. Ut tamen hic speciesim sumitur, prout est modus, quo substantia entis ipsius propria efficitur, et adaequatum operationum principium ita est, ut haec alteri tribui non possit, vel est ea existentia substantiae, qua haec singularis individual, completa, et ideo alteri incommunicabilis redditur, et sui juris efficitur, deinde autem hanc ipsam singularem, completam et ideo incommunicabilem alteri substantiam significat, quo sensu idem est, ac suppositum. -

Suppositum autem est substantia, seu natura per se ac pro se existens, non alii tamquam subjecto inherens, singularis ac individualis i.e. non pluribus communis et completa, ἢ ἄνευ ἄλλου i.e. non destinata cum altera ad tertium aliquod componendum seu constituendum, et ideo alii tamquam suppo-

sito incommunicabilis, seu per se ac pro se certo in con-  
creto existendi modo determinata. Suppositum igitur con-  
venit cum subsistentia et inter utrumque hoc unum  
discrimen intercedit, quod subsistentia sumitur abstrac-  
te, suppositum in concreto. Ergo suppositum est substan-  
tia individua sui juris et completa, quae habet prin-  
cipium operationis in se, ideo neque manus, nec ramus sup-  
positum dici potest, nec mens seu anima humana, nec cor-  
pus, quia cum non sunt sui juris, sed manus a corpore,  
ramus ab arbore, anima a corpore, corpus ab anima de-  
pendeat. -

( Persona πρὸς ὅτιον etiam ἐνοβρεβίς, ἡ ἑστὴ μέρων ἐστὶ  
suppositum rationale, seu suppositum ratione et volun-  
tate praeditum, quod ideo tamquam tale sui conscium  
et suarum operationum Dominus, seu sui juris est, vel sal-  
tem esse potest. - His explicatis hoc adhuc notandum ve-  
nit, quod huiusmodi dicta tantum imperfecta ratione Deo  
convenire possunt. In Deo enim natura, existentia et essen-  
tia unum sunt, cum ipse sit sua essentia, existentia, acter-  
nitas. - Sic tantum imperfecta ratione, et ob sermonis ino-

sciam de Deo personae praedicantur. Personae enim in crea-  
 tis non solum subsistentiam, sed etiam entitatem distinctam  
 separatamque habent, quae limitatio ne sua arum tantum  
 suppositum perficere potest; in Deo autem personae solum  
 modum subsistendi distinctum dicunt, totam vero divinam  
 essentiam communem et indistinctam habent. Hinc tres  
 personae dicimus in Deo esse, non tria individua, quum haec  
 distinctas naturas connotent, quod alienum est a divinis  
 hypostasibus, in quibus una essentia est, et natura, ideoque  
 una naturalis seu essentialis mens, voluntas, et operatio.  
 Natura enim idem significat ac essentia.

His praemissis dicimus: Patrem esse personam, filium es-  
se personam, et Spiritum S. a se invicem distinctas in u-  
na eademque essentia divina. -

Concil. Lateran. IV. a. 1215. statuit, Firmiter credimus, et  
simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus Pater  
et Filius et Spiritus S.; tres quidem personae, sed una es-  
sentia, substantia seu natura simplex omnino. -

Quod imprimis probamus ex S. Litteris N. T. quia licet non  
 pauca habeamus neque obscura loca in N. T. in quibus plura  
 litas personarum divinarum praedicatur, ut e. gr. Genesi: Fa, Genes. 1. 26.

Genes. c. 3. 22.

ciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram".  
Porro. i. „Ecce Adam quasi unus ex nobis factus," tamen cum  
haec aut perverse exponuntur ab adversariis, ex alia autem  
parte expressam trium personarum distinctarum doctrinam  
in eadem divina natura subsistentiam potius primum Chr. Do.  
minus explicitè patefecerit, ideo ex N. T. potissimum veritatem  
propositi dogmatis ostendamus. ~. Et

Math. c. ultm.

1<sup>o</sup> apertissima sunt Christi verba apud Mathi: „Euntes ergo  
cete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris et Fi-  
lii et Spiritus S." Quibus verbis tres personas realiter distin-  
qui ostendit particula copulativa et unam autem et indi-  
viduam trium personarum essentiam illud in nomine  
patefacit; proinde enim valet vox illa: „In nomine" ac  
in auctoritate, virtute et efficientia, prout SS. Litterae et  
Patres testantur. Nec minus insigne est ad rem nostram  
testimonium, quod occurrit Joann. ubi dicitur ait: „Cum ve-  
nerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum  
veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibe-  
bit de me." Tres pariter distinctae commemorantur per

Joanne 15. 26

sonae: Pater, Filius et Paraclitus, et quidem ejusdem natura  
 Divinae, altera enim Filius est, ejusdem ergo naturae  
 cum Patre, altera vero a Patre procedit, non igitur facta  
 aut creata, sed a Patre emanans eo sensu, quo Filius  
 dicit de semetipso, quod exierit a Patre. Huc referuntur et  
 verba Nostri: Joann. : "Et ego rogabo Patrem, et alium pa-

Joanne 14.16

raclitum dabit vobis." Tres enim personae in vocibus:  
 "Ego, Patrem, et Paraclitum inducuntur, cum nihil ver-  
 ba haec significant, nisi acci diceret; ea ratione, qua Pa-  
 ter dedit me vobis, qui Paraclitus sum, sic cum ego abiero,  
 dabit vobis Paraclitum alium. Quod vero unius substanti-  
 tiae sint tres istae personae, patet ex orationis contextu;  
 cum enim Philippus audierit Christum de Patre suo loquen-

tem dixit, ut ostenderet eis Patrem, ad quod desiderium  
 Nostri respondit: "Philippe, qui videt me, videt Patrem  
 meum... Non credidistis, quia ego in Patre, et Pater  
 in me est? Verba, quae ego loquor vobis, a me ipso non lo-  
 quor, pater autem in me manens, ipse facit opera." In his  
 1<sup>o</sup> una praedicatur Patris et Filii efficientia, et actio,  
 quae unicam expostulat substantiam;

2<sup>o</sup> communitio Patris in Filium, et vicissim (ego in Patre,

et Pater in me est / quae dari non potest sine identitate naturae.

3<sup>o</sup> Affirmatur uno viso alterum videri, quod non esset, si diversa foret Filii a Patris substantia, nam in hoc casu viderentur duo plane distincta ac diversa. Cum autem et Paraclitus verus Paraclitus dicitur, perinde ac Filius, cum dicitur a Patre procedere; quem admo-

Joann. 8.42. dum de Filio dicitur, quod a Deo processerit, Joh. 8.42 et

exiit a Patre / Joh. VIII. 28. / necesse est et illum cum Pa-

tre et Filio eandem divinam habere naturam. Li-

cet ex adductis testimoniis jam plene veritatem cath. my-

sterii S. Trinitatis probaverimus tamen et illud ad-

huc nobis adducendum est, quod legitur 1. Joh. 1. 7.:

„Tres sunt, qui testimonium dant in caelis: Pater, Ver-

bum et Spiritus S. et hi tres unum sunt / sicut graece:

in unum sunt; eis εἷς ἐστὶν εἶβη / Non ignoramus, tex-

tum hunc a Socinianiis et modernae exegesis aliquibus

patronis male haberi, verum cum nec eorum euctori-

tas talis sit, qua moveamur, neque argumenta et ratio-

nes, quibus convincamur, hinc et hunc locum tuto

1. Joh. I. 7.

adducendum putamus. Directe igitur his verbis confitetur  
 veritas cath. de SS. Trinitatis Mysterio, nam aperte  
 tres personae distinctae in una essentia praedicantur, cum  
 dicitur: Tres sunt, qui testimonium dant; si itaque tres sunt,  
 qui testimonium dant; seu si itaque tres sunt testes, ergo  
 distinguuntur inter se. Ergo Verbum et Spiritus S. qui confes-  
 rantur in testimonio cum Patre, non sunt duae efficientiae, aut duo  
 attributa divina, ut Unitarii putant. Rursum de his tribus  
 testibus dicitur: et hi tres unum sunt, quae verba adver-  
 sariis faterentibus eadem sunt, ac illa: ego et Pater unum sumus.  
 Nam vero his verbis nemine diffidente Chr. se distinctit  
 a Patre quoad personam, et univit quoad essentiam. Ergo  
 et illa: et hi tres unum sunt distinctionem important et  
 unionem naturae edicunt. Item vero praedicatur citatis  
 verbis unitas essentiae in divinis personis, ex eo ulterius  
 us patet, quod si non esset eadem essentia in Verbo et Spi-  
 ritu S. ac in Patre, et si intervallo infinito distarent a Pa-  
 tre, nunquam de iis dici posset: unum sunt. Ergo. Ad  
 thesim nostram probandam pertinet quoque locus ille, qui  
 est apud Math. baptizatus Jesus confestim ascendit  
de aqua, et ecce aperte sunt ei coeli, et vidit Spiritum Dei

Math. III. v. 16-17.

descendentem sicut columbam et venientem super se, et ecce  
vox de caelis dicens: „Hic est Filius meus dilectus, in quo  
mihi complacui“, in quo loco etiam tres personae distinctae  
enunciantur. Praeterea autem, ut breviter omnia simul  
colligamus: tres personas distinctas Patrem, Filium et Sp  
ritum S. esse, ex eo probare possumus, quod in S. Litteris  
Patri et Filio et Spiritui S. tribuantur propriae actiones,  
quae tantum suppositis seu personis intelligentibus et  
volentibus competere possunt. Sic dicitur de Patre, quod co  
gnoscit, docet, revelat, vult, decernit, diligit, operatur,  
mittit, exaudit, clarificat, ut vidimus superius de divi  
nitate primae, sive secundae personae loquentes. Ergo  
item valet de Filio, qui eodem modo in S. Litteris propo  
nitur ut persona volens et intelligens, et quidem a Patre  
distincta ut praeter argumenta mox superius allata pateat  
etiam ex testimoniis pro ipsius divinitate superius alla  
tis, in quibus dicitur, oves suas agnoscere, eis vitam dare  
aeternam, operari, sicuti et Pater operatur, vivificare  
mortuos, cum vitam esse, lucem, filium Dei, per quem  
mundus et omnia facta sunt, dominum omnium rerum,



vivorum et mortuorum). Idem tandem de spiritu S. patet  
 ex testimoniis Joann.... Ergo est suppositum, et intelligens,  
 nam docet, testimonium perhibet, audit, loquitur  $\pi\alpha\rho\alpha\kappa\lambda\eta$ ,  
 $\tau\omicron\varsigma$  consolator, est doctor et interpretes, advocatus patronus,  
 qui omnia scrutatur, qui dividit gratias, regit Eccam, charita-  
 tem diffundit; quae omnia solummodo ad personam spec-  
 tant et pertinere possunt. Harum autem personarum  
 discrimen ex supra allatis testimoniis quoque apparet. Quod  
 autem Pater, Filius et Spiritus S. unus Deus est, hoc eviden-  
 tissime sive ex citatis jam testimoniis S. Litterarum patet,  
 sive etiam ex eo, quod in S. Litteris traditur, quod nempe Fi-  
 lius in Patre est, et Pater in Filio et Spiritus S., quamquam  
 alius a Patre et Filio, tamen Patris et Filii spiritus, et in-  
 utroque existat, sicut spiritus hominis in homine, ut ait  
 Ap[osto]lus 1. ad Cor.: „Mutua Personarum datur existentia  
 i. e. existentia intima, interior, intus / seu circuminfectio,  
 $\pi\epsilon\rho\epsilon\chi\omega\epsilon\theta\epsilon\iota\varsigma$ , aeterna ac immensa. Eodem modo Patres  
 omnes loquuntur, ut jam vidimus nonnulla testimonia lo-  
 quentes de divinitate secundae et tertiæ personae divi-  
 nae. Fidem autem de hoc dogmate universalis Ecc[lesi]a ab an-  
 tiquissimis inde temporibus usque ad nos, omnia symbo,

Joan. 14. 26. XV. 26.

XVI. 13. 14. ...

1. ep. ad Cor. 2. 10.

Bulla P. Pii VII<sup>ti</sup>

la et fidei formulae ostendunt, uti Constantinopo,  
litano II a. 553., Lateran. a. 649., Conc. Toletanum XI  
a. 675., Lateran IV a. 1215., Conc. Florentino c. 2. Acce-  
dit Bulla, "Auctorem fidei", 23. Aug. 1794, a Pio VI<sup>to</sup>  
edita contra propositiones Synodi Pistoriensis, quae  
Bulla hujus pseudosynodi sententiam, "Deum in tri-  
bus personis distingui" reprobat, et doctrinam probatam  
declarat, "qua Deus unus quidem in tribus personis di-  
stinctis dicitur, non autem in tribus personis distinctis  
Traditio item patet ex doxologia: "Gloria Patri et Filio  
et Spiritui Sancto," et ex Trisagio, quod Ecclia decanta,  
re consuevit. - )

( De processionibus, relectionibus ac  
notionibus divinis. - )

Explicatis illis, quae ad ipsam Mysterii substantiam per-  
tinere visa sunt, nunc quaedam subjicienda veniunt,  
quae ad divinas personarum origines earumque relatio-

nes inter se et admirabilem connexionem pertinent, et quae, si proprietates efficiunt inenarrabilis Mysteriorum, et hoc praesertim ideo, quia negates haece personae divinae a se invicem haud different. De his a Theologis Scholasticis multae fuerunt acriter et subtiliter disputatae, quo factum est, ut, cum omnia accuratius explicare voluerant, simplicitatem fidei multis quaestionibus inutentibusque controversiis implicaverint. Diligenti itaque cautione opus est, ut neque immovemur iis, quae scire inutent, le, aut scripturae periculosum esset, neque etiam aliquid eorum omittamus, quae Ecclesiae fides tenet, et scripturae et traditionis auctoritas commendat. Tractabimus igitur

1º De personarum divinarum processibus,

2º De personarum Missionibus,

3º de aliis quibusdam huius Mysteriorum proprietatibus, quae ex praecedentibus quasi consecutariae quaedam fluunt.

Processio in genere nihil aliud est, nisi origo rei unius ab alia, a. Duplex autem processio distinguitur: externa et interna, seu ut ajunt, ad extra, et ad intra seu inmanens vel transiens. -

Ad extra processio tunc dicitur, quando res orta seu pro-

ducta extra causam suam existit, cui originem debet.  
Ita homo ab homine producitur. —

Ad intra autem processio tunc dicitur, quando id, quod  
oritur, principis illi, ad quod ejus origo referenda est, in  
solum manet. Sic cogitatio e. gr. intra mentem manet,  
a qua nascitur. Rursus processio ab aliis distinguitur  
in perfectam et imperfectam.

Perfecta dicitur, quando terminus est subsistens et ejusdem  
cum suo principio naturae;

Imperfecta est, cujus terminus vel non est subsistens, et  
cogitatio a mente producta, vel non est ejusdem naturae  
cum suo principio, ut filius in creatis. —

His praemisissis processio in divinis est: immanens, ac  
terna ac necessaria origo unius personae ab altera. Quae  
autem sumitur aut active seu prolatio, quo sensu est  
actio divina, quae datur esse personae divinae, aut pas-  
sive seu emanatio, quo sensu significat receptionem  
rei esse, quod datur per processionem activam. —

Origo autem est emanatio unius ab alio. Emanare autem  
tem potest unam ab alio vel tamquam a principio, vel  
tamquam a causa, et iterum aut per generationem,

eunt per simplicem processionem. Singulae hae voces expli-  
 candae sunt: Principium alicujus rei est id, quod rationem  
 continet, cur illud est, cur illud existat, cujus principium  
 dicitur, seu principiat. Ex. gr. pater est principium Fi-  
 lii principiatum, quia Pater in se continet rationem, cur  
 Filius existat. Ex quo sequitur 1<sup>o</sup> principium debere aliquo  
 modo distingui a principiato, continetur enim in princi-  
 pio ratio, cur sit principiatum. Dixi aliquo modo distingui,  
 non enim necesse est, ut quoad essentiam distinguatur.  
 Sic Pater in divinis vere est et recte dicitur principium Fi-  
 lii, licet eadem numero essentia in utroque habeatur. Se-  
 quitur 2<sup>o</sup> adesse necessariam connexionem inter prin-  
 cipium et principiatum, ita, namque se ad invicem habent,  
 et unum ex altero colligatur. Sequitur  
 3<sup>o</sup> principiatum esse suo principio aliquo modo posterius  
 ideo namque habetur principiatum, quia datur princi-  
 pium. Dico pariter aliquo modo esse posterius principia-  
 tum suo principio, ab eoque pendere, quia satis est, ut  
 haec posterioritas sit ordinis, non autem temporis, et haec  
 dependentia sit solius relationis, prout in divinis con-  
 tingit. —

Causa autem in genere dicitur principium, influens esse  
in aliud, seu clarius causa generativa sumpta est id, quod  
rationem continet, cur aliquo modo habetur aliud natura  
distinctum. Quod autem a causa sua esse recepit, dicitur  
effectus. Itaque omnis causa principium est, cum  
rationem contineat, cur sit effectus, at vero non omne  
principium sit causa, cum non pertinet ad rationem  
principii, ut a suo principiato natura distinguatur.  
Pater proinde in creatis est vere causa Filii, at in  
divinis non est, nisi principium, quia in creatis essen-  
tia seu substantia patris ab essentia seu substantia Fi-  
lii prorsus distinguitur, non autem in divinis. Notan-  
dum porro est, Graecos interdum vocare Patrem causam Filii,  
et causae nomine intelligunt principium sensu a nobis  
exposito i. e. intrinsicum, non extrinsecum. -

Generatio definitur post D. Thomam p. 1. q. 28. a. 2. origo  
viventis a principio vivente conjuncto in similitudinem  
naturae. Haec autem similitudo debet esse speciei, non ve-  
ro generis tantum. Ex. gr. vermes, qui generantur in ani-  
malibus, non habent rationem generationis et filiati-  
onis, licet sit similitudo secundum genus, sed requiri-  
tur

tur ad rationem talis generationis, quod procedat secundum  
rationem similitudinis in natura ejusdem speciei, sicut ho-  
mo procedit ab homine, equus ab equo. Sic in divinis processio  
Verbi habet rationem generationis, procedit enim per modum  
intelligibilis actionis, quae est operatio vitae, et a principio  
conjuncto, et secundum rationem similitudinis, quia conceptus  
et intellectus est similitudo rei intellectae, et in eadem natu-  
ra existens, quia in Deo idem est: intelligere et esse, sicut  
actiones etiam immanentes. Et hoc patet maxime in intellectu,  
cujus actio scilicet intelligere manet in intelligente, quicum-  
que autem intelligit, et ex hoc ipso, quod intelligit, procedit ali-  
quid intra ipsum, quod est conceptio rei intellectae, et vi  
intellectiva proveniens et ex eius noticia procedens. Cum  
autem Deus sit super omnia, ea, quae in Deo dicuntur, non sunt  
sunt intelligenda secundum modum infimarum creaturarum,  
quae sunt corpora, sed secundum similitudinem supremarum  
creaturarum, quae sunt intellectuales substantiae, a qui-  
bus etiam similitudo accepta deficit a representatione di-  
vinarum. Non est ergo accipiendus processio, secundum quod  
est in corporalibus, sed secundum emanationem intelli-  
gibilem, utpote Verbi intelligibilis a dicente, quod manet in  
ipso. - A processione distinguitur missio, quae est unius

periorae per aliam prolatio, seu processio, quatenus haec simul ad effectum aliquem ad extra producendum vel productum refertur. Duo itaque ut S. Thomas docet, ad missionem proprie dictam requiruntur: processio personae, quae mittitur, et externa quaedam efficientia; haec temporalis est, illa aeterna.

Origo itaque seu processio est omnino necessaria, ut persona mitti possit, sed ad absolutam missionis rationem praeterea requiritur externum aliquid in tempore factum; nam persona, quae mittitur, novo aliquo modo fit praesens in locis, ad quae mittitur; ita autem praesens fieri non potest per substantiam, quum ubique sit per immensitatem, ergo per externam efficientiam, seu novum effectum, quem operatur. Exinde tamen inferri non potest, mutationem in personis fieri, ipsa enim missionis essentia aeterna est; effectus autem externus in tempore productus nobis missionem ab aeterno existentem manifestat, et ob hanc causam intendum missionis nomen obtinet. — Neque exinde dependentiam inferre licet, sed tantum originem, et emanationem unius personae ab alia.



Duplex porro missio est personarum, una interior et spiritalis, altera externa et sensibilis. -

Externa et visibilis fuit missio Filii, quando inter homines apparuit. Sic et Spiritus S. cum corporali specie in Apostolos descendit. Imo vetustissimi Ecclesiastici scriptores in eadem sententia, ut credant Filium Dei sub persona Angeli in V. T. Patriarchis et Prophetis apparuisse.

Interior missio est non solum per communicationem donorum, sed per novam quandam et ineffabilem divinarum personarum cum anima unionem etiam penes substantiam ex S. Litteris et Patrum testimoniis fuisse demonstrat Petavius. De inferiori missione loquuntur S. Litterae Joann. XIV 23; ad Roman. VI. 15; ad Gal. IV. 6. -

Relatio autem personarum divinarum est modus, se ad invicem habendi ex processione ortus, quia relatio in genere est ordo seu respectus unius ad aliud. In Deo iterum relationes sunt externae et internaе.

Externae illae vocantur, quae tribus personis sunt communes, et quibus Deus ad res creatas refertur quodammodo. -

Internaе sunt aliquis ordo vel respectus personarum divinarum a se invicem. -

Notio, ἡ δὲ ἰσὺς, ἡ δὲ ὁὕς, divina est nota, quae characterem

divinae personae proprium exprimit, seu est illa nota et  
character, quo persona divina alia ab alia cum aliqua di-  
gnitate discernuntur. Trium igitur a Theologis ad notionem re-  
quiruntur:

1<sup>o</sup> ut sit aliquid proprium uni personae, aut certe duabus  
tantum. -

2<sup>o</sup> ut aliquam dignitatem adjunctam habeat.

3<sup>o</sup> ut serviet ad cognoscendum numerum personarum. -

Doctrina autem cath. de processibus, relationibus et notio-  
nibus divinis haec est:

1<sup>o</sup> Pater a nullo alio principio quoad processiones proce-  
dit, seu est sine principio, vel ingenuitus  $\delta\iota\alpha\gamma\epsilon\gamma\eta\sigma\tau\omicron\varsigma$  v.  $\alpha\gamma\epsilon\gamma\eta\sigma\tau\omicron\varsigma$   
109.

2<sup>o</sup> Filius procedit a Patre et quidem per generationem, et

3<sup>o</sup> Spiritus S. procedit a Patre et Filio tanquam uno principio  
per simplicem processionem, seu inspirationem. -

Hinc quoad relationes:

1<sup>o</sup> Patri competit relate ad Filium Paternitas,  $\pi\alpha\tau\epsilon\rho\tau\eta\varsigma$ ,  
Filioque relate ad Patrem Filicatio,  $\upsilon\iota\omicron\tau\eta\varsigma$ . Et

2<sup>o</sup> Patri, Filioque relate ad Spiritum S. Spiratio activa,  
 $\pi\rho\sigma\beta\omicron\delta\eta$ , huicque relate ad Patrem et Filium spiratio passiva,

δι' αὐτῶν, ἐκ ποσειδῶν, προβλήμα seu προέλευσις. —

Et proprium seu notio 1<sup>a</sup> Patri est, quod sit sine principio, seu ingenuus ἢ ἀναρχία s. ἢ ἀγέννητος, et quod sit generans seu Pater, ἢ πατρός, —

2<sup>a</sup> Filio, quod sit genitus seu Filius, ἢ γένεσις seu υἱότης; Patri autem et Filio simul, quod Spiritum S. producant, ἢ προβλή, spiratio activa; et

3<sup>a</sup> Spiritui S., quod procedat, ἢ προέλευσις seu ἐκ ποσειδῶν, spiratio passiva. —

Sunt itaque notiones divinae quinque inaccessibiles, pater, nitas, filicitas, spiratio activa et spiratio passiva, quarum paternitas, filicitas et spiratio passiva, personales appellantur, quoniam iisdem totidem divinae personae constituuntur, duae autem reliquae non personales nuncupantur, quoniam personae non constant ex iis, etsi ad illarum intelligentiam spectant. —

Pater ingenuus, ἀγέννητος.

Pater ingenuus ἀγέννητος seu ἀναρχος i.e. uti increatus, ita quoque a nullo procedens, neque per generationem, neque per inspirationem, sed sine principio, necessario cogitandus est.

1.) Veritas haec de fide est, ut patet ex Concil. Aethan. i., Pater

a nullo est factus, nec creatus, nec genitus. "Concil. La-  
teran. IV: Pater a nullo..." -

2<sup>a</sup> Patet ex S. Litteris, quae tradunt, quod Pater est tempus  
principium Filii et Spiritus S., nunquam autem, et ne a lon-  
ge quidem vice versa Filium aut Spiritum S. principi-  
um Patris esse indicant, quin imo, quominus de eo cogi-  
temus, ipsa Patris denominatione inhibent. -

3<sup>a</sup> S. Patres cuncti omnes "Patrem" discrete ΠΑΤΕΡΑ, sine  
principio, αὐτόθεον, Deum, i.e. personam divinam a se, τοῦ  
θεοῦ, Deum principem quasi, appellant, et de ipso  
ἀγεννητὸν i.e. esse ingeneratum et sine principio, Πραδι-  
cant, imo ipsum potius ἀρχὴν, principium, ultimam ratio-  
nem, et ἐνότητά, ultimam unitatem, ad quam omnia  
 tandem reuertuntur, vocant. -

## Filius a Patre genitus. -

Ita enim habemus in Symbolo Nicaeno - Constantinopolita-  
no: "Et in - Jesum Christum, Filium Dei unigenitum,  
ex Patre natum ante omnia saecula, Deum de Deo, lumen de  
lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum,

consubstantialem Patri."

Et Symbolo Athanasiano: "Filius a Patre solo est: non factus, nec creatus, sed genitus."

Et concilio Lateranensi W. a. 1215. in Patre a nullo, Filio a solo Patre, ac Spiritus S. pariter ab utroque: abque initio, semper, ac sine fine: Pater generans, Filius nascentis, et Spiritus S. procedens."

Filius itaque procedit a Patre, et quidem per generationem, eamque, ut per se intelligitur, aeternam, ita ut Pater semper, absque initio ac fine sit generans, Filiusque nascentis, atque nascendo existat et existendo nascatur. Porro procedit Filius a Patre, ut ab illo accipiat proprietatem personalem, nempe filiationem per productionem seu generationem, essentiam autem divinam per communicationem, quae quidem essentia necessario exigit communicari Filio, eique identificari. (Quia <sup>quidem</sup> essentia necessario). -

Geni autem Filium a Patre, docent S. Litterae, ut Joann. dicit Aulus, quod sit a Patre: "Ego scio, eum: quia ab ipso sum, et ipse me misit."

Joann. 8. 29.

Vel Patre habere suum pro esse a se. Joann.: "Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit et Filio habere vitam in semetipso."

Joann. 5. 26.

Joann. 8. 42.

c) A Patre processisse ac missum esse, et quidem ut Deum, quod idem est, ac a Patre esse, et in mundum venisse. Joann. „Ego enim ex Deo processi, et veni, neque enim a me ipso veni, sed ille me misit.“

S. Litterae Christum „Filiū Dei“ appellant, et expressis verbis a Patre genitum dicunt: „Filius meus es tu, ego hodie genui te.“ Hebr. 5. 5.; Joann. 1. 14. „Unigeniti a Patre Denique generatio dicitur origo viventis a vivente in similitudinem naturae. Filius autem est ipsa Dei perfectissima sui cognitio, seu contemplatio secundum Theologorum explicationem, et ea propter etiam Filius per intellectum divinum originem suam habet, quum conceptus ad exprimendam similitudinem objecti sui, hic naturae divinae, directe tendat, imo per se perfectissima sit naturae divinae repraesentatio et expressio, idcirco sibi communicatae: „Filius necessarius a Patre procedere, et quidem per generationem, cujus est perfecte simile producere, dicendus est.“

# Spiritus S. procedit a Patre et a Filio? -

Gradum faciamus nunc ad quaestionem Spiritus S. processio-  
 nis. Si sermo sit de processione Spiritus S. a Patre, nullum dissi-  
 dium est inter cath. doctores, imo de hoc utraque Eccl'a graeca et  
 latina consentit. Soli Macedoniani et Ariani istud cath. doctri-  
 nae caput in dubium revocant, ut ostendit S. Basilius l. 2.  
 contra Eunomium. Nec mirum, quod ita sentiret haereticus  
 ille, nam existimabat, et filium et Spiritum S. esse meras  
 creaturas, et quemadmodum Filium a Patre factum esse dice-  
 bat, ita et Spiritum s. a Filio creatum, - Sed istorum errorem  
 confodit Concil. Constantinopolitanum l. a. 381, cum ad vo-  
 ces illas: „Credo in Spiritum S. Dominum et vivificantem,  
 ex patre procedentem / το' εκ το' πατρός εκπορευόμενον/  
 adjecit, quae leguntur in Evang. S. Joann. „qui e Patre  
 procedit“. Error hic brevi temporis intervallo extinc-  
 tus est, nec aliter fieri potuit, cum aperta sint verba  
 illi in Evangl. Joann. 15. 16: „qui a Patre procedit.“ Item  
 dicitur Spiritus s. Spiritus Patris Mat. 10. 20, missus a Pa-  
 tre Joann. 14. 26. - Sed actior et diuturnior exarsit contro-  
 versio inter Latinos et Graecos circa processionem Spiritus s.

Dus. conts. Eunom l. 2.

a Filio, quum Graeci a solo Patre, Latini autem a Patre  
et Filio, sed tanquam ab uno principio Spiritum S. procedere  
dicant. Haec contentio ad divisionem seu Schizmasis  
tionem usque pervenit, quae pars graecae Ecc̄ae a latina  
ad haec usque tempora scinditur. Photius enim, qui ex  
Eunucho et ministro imperiali a. 858 pulso per ignomi-  
niam S. Ignatii patriarcha Constantinopolitano sedem  
hanc invaderat, cum se a Romano Pontifice hanc ob in-  
juriam illatam S. Ignatio damnatum videret, varia con-  
tra Romanam Ecc̄am, ut eam invidiam efficeret, accusatio-  
nis capita congestit. Inter alia hoc erat praecipuum, quod  
doceret, Spiritum S. a Patre Filioque procedere, quod neque  
in Symbolo Constantinopolitano, neque in S. Litteris existit  
expressum. Hucusq̄ Ep̄pi resistunt Photio, praesertim  
vero Nicolauſ 1. Romanus Pontifex, qui litteras dedit ad  
Africanarum Rhemenſium Ep̄porum hac de re. Post plures con-  
tentiones inter Rom. Pont. et Photium dein tandem sub Leone  
IV Imperatore - expulso a sede usurpata Photio unitas  
inter utramque Ecc̄am restituta est, et perduravit usque  
ad saeculum II. Photio ipso consentiente. Sed saeculo III.



rum recidit disputatio sola sub Michaelē Caerulario  
 et Graeci iterum in errorem prolapsi sunt. Quam ob cau-  
 sam habita est Synodus Barenſis sub Urbano 2<sup>o</sup> in qua S.  
 Anselmus Epōps strenue veritatem contra Graecos defendit,  
 et plura opera scripsit. Rursus sub Innocentio III<sup>o</sup> habi-  
 ta est Synodus Lateran. III., cui Concilio interfuerunt Patri-  
 archae. Constantin. et Hierosolymit. et hic iterum conuen-  
 runt inter se Graeci et Latini in admittenda Spiritus  
 S. a Patre Filioque processione. — Sed dirupta iterum est pax  
 sub Gregorio X<sup>o</sup> et confirmata rursus sub eodem Gregorio in  
 Concl. Lugdunensi II<sup>o</sup>, in quo edita est confessio fidei: „Fi-  
 deli ac devota professione fatemur, quod Spiritus S. aeternali-  
 ter ex Patre et Filio non tanquam ex duobus principis,  
 sed tanquam ex uno principio, non duabus spirationibus,  
 sed unica spiratione procedit.“ — Quamquam hac ratione pax  
 iterata est, tamen interfecto Michaelē Paleologo, Imperato-  
 re Graeco et excommunicato Patriarcha Vello, et eidem sub-  
 stituto Josepho contentio rursus exarsit inter Graecos et  
 Latinos. Verum a. 1449 sub Eugenio IV in Concl. Florentino  
 post multas disputationes et acerrimam pugnam inter

doctores graecos et latinos pax denovo nicta fuit, et formula  
lea professionis fidei mutuo exarata fuit; quod Spiritus  
s. ex Patre et Filio aeternaliter est, et essentiam suam su-  
umque esse subsistentem habet ex Patre simul et Filio et  
ex utroque aeternaliter tanquam ab uno principio et a  
unica spiratione procedit. Dicitur igitur haec in formula  
1<sup>o</sup> quod credendum ab omnibus est, quod spiritus sit ex  
Patre et Filio aeternaliter.  
2<sup>o</sup> quod essentiam suam suumque esse spiritus s. habet  
a Patre et a Filio.  
3<sup>o</sup> Quod spiritus s. tanquam ab unico principio, unica  
spiratione ab utroque procedat. Sed tamen agente po-  
tissimum Marco Ephesino rursus ad pristinum errorem,  
a Florentina Synodo vix digressi Graeci plerique relapsi  
sunt. A Graecis transiit error hic ad Russos quoque qui li-  
cet diu cum Ecclia occidentali conjuncti erant, (cum sub Igna-  
tio Patriarcha fidem receperant usque ad saec. 13) Serius ta-  
men ab ipsa quoque se separarunt. In academia tamen  
Petroviensi nihilominus saltem tanquam propositio verosi-  
mitis etiam posthac; spiritum s. a Filio quoque procedere

defendebatur. -

Nola

Nola: Metropolis Kioviensis fidelis unioni usque ad annum 1520 et dein unio Ruthenorum sub Clemente VIII<sup>o</sup>, sub Michaële Rahoša in Synodo Breslensi 1593, Metropol. Kioviens. confirmata fuit. In Galicia sub Joanne III Sobieski 1674 in Episcopatu Leopoliensi et Tremysliensi unio recepta fuit. Haec unio dein confirmata est in Synodo Zamoyse 1720. - Sed Spiritum S. a Patre et Filio procedere quemadmodum communi Graecae et Latinae Ecciae consensu, ne sancitum vidimus in Conciliis et S. Litteris, et perenni Ecciae Traditione invicte demonstratur. Atque ut S. Litteris exordiar, imprimis adsunt illa loca, in quibus Spiritus S. dicitur Spiritus Patris, non obscure probatur pro, cessio Spiritus S. a Patre, ita quoque ea loca non obscure demonstrant Spiritum S. procedere etiam a Filio, in quibus dicitur, quod Spiritus S. est Spiritus filius - Jesu Christi. Et imprimis Petri 1. ii. 1., scrutantes id, quod vel quale tempus significaret in eis / prophetis / spiritus Nsti, praenuncians eas, quae in Nsto sunt, passionem et posteriores glorias. His verbis vocat Spiritum S. Spiritum Nsti, ut patet ex eo, quo

niam de illo Spiritu sermo est, qui futura praedicantibus  
prophetis annunciabat i.e. revelabat per inspirationem  
suam Spiritus S. Ita etiam Actor. 16. 6. et permisit eos spi-  
ritus Jesu, et ad Galath. 4. 6. Non est autem alio sensu Spi-  
ritus S. Spiritus Patris, nisi quod a Patre procedat; ergo cum  
Spiritus S. Spiritus Christi seu Jesu vocetur, ab eo quoque pro-  
cedat necesse est, nisi voluerimus ipsum cum hoc prorsus con-  
fundere, a quo tamen distinguitur. — Sed praeterea habemus  
illa loca B. Litterarum, in quibus aperte exprimitur, quod  
Spiritus S. a Filio accipit; quod nihil aliud significat, nisi  
quod a Filio procedit, et imprimis occurrit illud, quod legi-  
mus Joann. 16. 13. „Cum autem venerit ille Spiritus ve-  
ritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur  
a semetipso, sed quaecumque audiet, loquetur; et quae  
ventura sunt, annuntiabit vobis. Ille me clarificabit,  
quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis.“

Joann. 16. 13.

Joann. 15. —

Cur autem a Filio accipiat dicitur v. 15. „Omnia, quae,  
cumque habet Pater, mea sunt, Propterea dixi, quia de me-  
o accipiet, et annuntiabit vobis.“ Ex quo testimonio in-  
victè probetur veritas nostra. ~ ~ ~

Et imprimis hoc attendendum est, quod locus hic talis est, ut, nisi dicamus, spiritum S. etiam a Filio procedere, tunc jam et Spiritui S. divinitatem ipsam denegare omnino debemus. Nos autem invicte spiritus S. divinitatem demonstravimus, quod 1<sup>o</sup> attendendum est. —

2<sup>o</sup> attendendum est, huc sermonem esse de personis divinis, itaque non de creaturis, quae nempe et ducere possunt, et accipere, quae non habebant; quibus aliquid adde potest de novo, quae omnia in Deo minime fieri aut cogitari sine injuria possunt. Hoc posito dicimus: in Deo seu indivinis dare et tradere idem est ac producere; ergo in divinis accipere et recipere idem erit, ac procedere. Quod vero in divinis dare et tradere idem est, ac producere, patet ex S. Litteris. Ita Joann. V. 26. dicit Christus: „Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso, et potestatem dedit ei, judicium facere.“ Et Math. 11. 27.: „Omnia mihi sunt tradita a Patre meo, et nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem, nisi Filius.“ His locis probatur, quod Filius a Patre procedit, seu quod Pater dedit Filio vitam, et omnia, seu essentiam, cum et Filius Deus sit, ac Pater. Ergo et accipere quando dicitur, una persona divina aut recipere ali-

Joann. 5. 26

Math 11. 27.

quid ab alia, nihil aliud significabit, quam quod pro  
ducta est, seu processit ab illa; quod probatur in primis  
ex oppositione inter: dare et accipere; nam si dare "est", pro  
ducere, ergo accipere erit procedere. - Demonstratur

(2<sup>o</sup> ex eo, quod in divinis, dum dicitur una persona ab alte  
ra aliquid accipere, non potest intelligi aliquid accidens,  
et novum / accipere/, sed tantum substantiam ipsam, in  
in Deo nihil est accidens, nihil compositum, nihil potest  
eum venire novum, sed omnia simplicissima. Jam vero Spiritus  
S. dicitur, quod a Filio accipit, ergo nullum dubium  
adest, quod ex substantia ipsius Filii procedat. Hinc verbis  
illis: de meo accipiet, ipsum divinum esse ipsam divinitatem  
ipsam Verbi substantiam exprimit. Nihil, non ergo aliquid  
quodcumque, sed ipsam divinitatem accipit Spiritus S. a  
Filio. Atque hoc argumento passim usi sunt S. Patres et Ec  
doctores, ut S. Ignatius Mart. in Ep. ad Ephesios, -)

(S. Athanasius, Epiphanius, Hilarius de S. Trinitate  
et alii plures. Item probatur ex toto contextu huius loci.  
Etenim Ch. docere voluit hic loci Ap. Spiritum S. tum  
omnem veritatem eis traditurum, quae quidem ad salu  
tem et evangelicam doctrinam attinet, tum praecipue ei,

lam veritatem, quam modo portare adhuc non poterant.  
 Cujus hanc subinde rationem reddidit: "Non enim loquetur  
 a semetipso." Quid autem sit, non loqui a semetipso, Ita  
 tem explicat: "Quoniam inquit, quaecunque audiet, loque-  
 tur." Et mox subjicit, quod idem valet: "de me accipiet."  
 Nam unum et idem significasse duobus istis: "Quaecunque  
 audiet, loquetur," et: "de meo accipiet," vel inde constat,  
 quod postea, quam dixit: "Quaecunque audiet, loquetur, et  
 quae ventura sunt, annuntiabit vobis." statim addidit:  
"de meo accipiet et annuntiabit vobis." Utroque subjunco-  
 tum istud: "et annuntiabit vobis" indicat idem esse illa,  
 quibus adhaeretur: audire, quae loquatur, et de eis, quae  
 illi sunt accipere Spiritum S. Jam vero cum sic ratio cine-  
 tur vers. 15: "propterea de meo accepturum esse dixi, quia  
 omnia, quaecunque habet Pater, mea sunt" nomine manife-  
 stissime demonstrat, nihil esse aliud "de meo accipiet," quam de  
 natura et essentia mea. Quippe meum illud, unde accipit Spi-  
 ritus S. non est diversum ab eis, quae habet Pater, et de quibus ait:  
"mea sunt." Jam vero vox illa mea, ubi scriptum est: "omnia,  
 quaecunque habet Pater, mea sunt," essentiam significat omnibus  
 consentientibus, ergo et illa verba: "de meo accipiet" in nostro  
 loco significabunt: "quia ex me procedit." Nam his verbis,

quas ait Chr̄s; omnia, quaecumque habet Pater, mea sunt  
ille subest sensus: Essentia Patris mea est, etiam alterum  
meo accipiet idem valere, ac de mea essentia accipiet? Porro  
cipere de essentia Patris vel Filii Spiritum S. quid esse potest  
aliud, quam procedere a Patre et Filio? Non enim per  
na una quidquam accipit ab altera, nisi ab ea procedendo,  
ne novum aut adventitium aliquid in divinam personam  
derivari putetur. Item quum dicit: de meo - de me, haec ea  
dem sunt, et parallelas illis apud Joann. 17. 10: et mea omnia  
a tua sunt, et tua mea sunt. Hoc autem de essentia omnia  
intelligunt, ergo etiam in loco nostro cum habeamus quoque  
quod est illi / mea sunt / de essentia intelligenda necessario sunt.  
Ergo Spiritus S. a Patre et a Filio procedere dicendus est.

Joann. 17. 10

Joann. 15. 26

Joann. 16. 7.

(¶ Aliud Argumentum non minus apodicticum habemus in ver-  
bis illis, quae leguntur Joann. 13. 26: cum autem venerit  
Paracletus, non veniet quem ego mittem vobis a Patre, Spiritus  
Aum veritatis, quia a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de  
me. Et illud aliud 16. 7. si non abiero, Paracletus non veniet ad vos  
sicutem abiero, mittem eum ad vos. Certe huius sermonem esse de missio-  
ne personali seu de illa missione, qua fit, ut una persona mitti dicatur a  
alia, seu de propria missione, etenim effectus seu causa, ob quam mis-  
setur Spiritus S. personalis est, cum ait Iesus: Ille vos docebit omnia



veritatem, seu suggeret omnia et annuntiabit vobis, et testimonium perhibebit. Ergo hic docere, et testimonium perhibere ad personam refertur. His positio ergo Spiritus S. dicitur missus a Filio, quae quidem missio indicat dependentiam illius, qui mittitur a mittente; jam vero haec dependentia nequit esse naturae divinae in se spectatae, neque imperii, quod in divinam personam cadere non potest, ergo dependentia originis dicenda est, seu processio nis, ut de Filio pariter dicatur respectu Patris, seu quod idem est, quod nempe sicut missio Spiritus S. a Patre datam indicat, idem quoque de missione Spiritus S. per Filium statuendum est, quum omnis alia missio cum div. naturae maiestate Spiritus S. dici conciliari omnino nequeat, eo magis, quod semper in S. Litteris per missionem in divinis supponitur et intelligi, sicut processio unius personae ab alia. Inde etiam est, quod Pater a nemine mittatur, Filius autem a solo Patre, quod sine ratione certe non est. — )

4<sup>e</sup> Triplici huius argumentorum generi addi potest et quartum, quod ex eo desumitur, quatenus tanquam certissimum ab omnibus acceptum est: Spiritum S. a Patre procedere, ergo etiam tanquam certissimum admitterendum est, Spiritum S. a Filio quoque procedere. Et requidem vera; quod Spiritus S. a Patre procedat ipsi Graeci dissidentes fateri coguntur, clarum enim sunt verba Joann. cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit. Siquidem autem in horum verborum fateri coguntur, procedere Spiritum S. a Patre, fateri coguntur, eum etiam a Filio procedere. Neque enim possunt negari, eandem vim spirativam esse in Filio, ac est in Patre;

Joann. 15. 26.

Joann. 10. 30

Joann. 17. 10

Math. 11. 27.

si ergo concedant, Patrem spirare Spiritum S. debent concedere  
et Filium eadem vi spirationis spirare cum Patre. Et certum  
quod eadem sit vis spirativa Patris ac Filii, loculentissi-  
me evincitur ex S. Litteris, ita Joann.: "Ego et Pater  
num sumus" Item Joann.: "Et mea omnia tua sunt, et tua  
a mea sunt" et Math.: "Omnia mihi tradita sunt a  
Patre meo" dicit Xp̄s. Hinc hīs verbis probatur: omnia  
a quae habet Pater, habere et Filium excepta paterni-  
tate, seu excepto illo, quo Pater Pat̄ est Filius. Unde etiam  
omnes Patres Eccl̄ae unanimiter affirmant de haec  
disputantes, quod omnia, quae Patris sunt, Filio,  
gignens i.e. Pater nempe, cum aeterna generatione tra-  
didisse, praeter virtutem Patrem esse; atque vi spirativa  
non est virtus Patrem esse, ergo communis est vis spira-  
tiva Patri et Filio. Ita Patres e. gr. Didimus Alexandri-  
nus l. 1. de Trinitate c. 26: "Omnia ergo, quae Pa-  
tris sunt, suadent esse ita ut nihil amplius Deo Patri  
des, nisi hoc solum, quod ipse sit coaeternus ac simul  
eo subsistentis filii Pater." Et Damasc. (de fide Ortho-  
doxa l. 1. c. 8): "Filius autem . . . per omnia Pa-  
trem refert atque exprimit. . . . Cuius circa omnia

quae Pater habet, Filius sunt, hoc uno exceptis, quod ingeni-  
 tus non est." Atque haec satis sit dixisse quoad argu-  
 menta ex S. Litteris de promota. —

### Ex Traditione.

Id ipsum tradunt S. Patres tam graeci quam latini,  
 qui etiam ad doctrinam suam confirmandam passim ad ea  
 ipsa loca, quae citavimus ex S. Litteris, provocant, uti  
 vidimus. Sed de Patribus latinis nulla quaestio adest,  
 hinc his omissis adducemus aliquos ex Ecclesiae graecae  
 Patribus. Sit itaque

1<sup>o</sup> Athanasius orat. 3<sup>a</sup> contra Arianos n. 25: „Ipse  
 [Filius] dat Spiritui, et quaecumque Spiritus habet, haec  
 a Verbo habet." Et in libro de Incarnatione in psalm. 35.  
 ait: „Apud te est fons vitae." Novescit David apud De-  
 um Patrem Filium esse fontem Spiritus S. ergo. —

2<sup>o</sup> Basiliius Magnus libro de spiritu S. c. 17: „Quem ad-  
 modum se habet Filius ad Patrem, ita ad Filium se ha-  
 bet Spiritus S. secundum traditum in Baptismo verborum  
 ordinem." Et c. 18: „Quia et Spiritus Noster dicitur... de."

rique tamquam Paracletus in se ipso exprimit Paracletum  
a quo missus est, bonitatem, et in sua propria dignitate  
te ejus, a quo processit majestatem exhibet."

3<sup>o</sup> S. Epiphanius in Amor. n. 67. i. "Cum Natus a Pa-  
tre profectus, Deus videlicet a Deo credatur, et Dei Spi-  
ritus a Christo, utpote, qui ab utroque procedit, id quod  
Natus ipse testatur: " Qui a Patre procedit, inquit, et  
hic de meo accipiet." Et n. 8. haec habet: " Spiritus Pa-  
tris et Spiritus Filii non compositione aliqua, quae  
admodum in nobis anima et corpus sed inter Patrem Filium  
unumque medius ex Patre et Filio appellatione tertius  
Et contra Haeres. 62: " Ex Patre et Filio, et cum Patre et  
Filio subsistens semper Spiritus S. -

4) Didimus Alexandrinus saeculo IV<sup>o</sup> in libro 1. de  
Spiritu S. n. 34. i. " Non enim loquetur a semetipso ....  
quia non ex se est sed ex Patre et me est; hoc enim in-  
spsum, quod subsistit, et loquitur a Patre et me illi est."

5<sup>o</sup> Cyrillus Alexandrinus in epistola ad Nestorium: " Spi-  
ritus est non Filius, et tamen non est a Filio alienus,

quandoquidem Spiritus veritatis nominatur, Veritas au-  
tem veritas est, et proinde quoque ab illo, atque a Deo Patre  
procedit." Haec eadem epistola approbata fuit in Concl.  
Ephesino, Chalced. Constantin. I et III ante scissionem  
Ecclae graecae.

Q. S. Joannes Chrysostomus, qui comparans Spiritum S.  
aquae, quae procedit de fonte, qui fons Filius et Pater  
est, concludit: "ob id etiam ex Patre procedit." Item patet  
ex haereticorum agendi ratione 1<sup>o</sup> ex acceptissima doctri-  
na in Ecclae de processione Spiritus S. a Patre et Filio  
Ariani et Macedoniani dicebant Spiritum S. creatu-  
ram Filii 2<sup>o</sup> ex eodem principio quoque Macedoniani in-  
teruebant hoc argumentum contra catholicos apud S.  
Athanasium in epistola ad Serapionem n. 15. ; Si Filius di-  
catur esse Spiritus, Pater ergo avus est Spiritus S. -

Argumenta ex ratione theologica. -

Itaque duplex argumentum theologicum afferri po-  
test ex ratione, alterum a priori, alterum vero a poste-  
riori. Primum argumentum a priori est:

Quaecunque habet Pater in divinis excepta ratione ingeni-  
ti et paternitatis, communia sunt ei cum Filio. Jan-  
vero spirandi vis non pertinet ad rationem ingeni-  
ti nec est paternitas; ergo communis est vis spirandi Pa-  
tri cum Filio. Quod autem quaecunque habet Pater in  
divinis excepta ratione ingenti et paternitate, re-  
vera ita sibi passim docent Patres, ut Narianren.,  
Cyrillus, Damascenus, et ita etiam statuit Concil. Flo-  
rentinum allegans verba Christi: „Omnia, quaecunque ha-  
bet Pater, mea sunt.“ Quum ergo negari non potest  
virtutem Spirationis aliam esse a virtute ingenti  
et paternitate, hinc consequens est, quod eam et Fili-  
us habet. Patres autem ita dicunt, ut Cyrill. l. II. dia-  
log. ad Flavianum: „Coaeternum credimus Patri Filium,  
et quodlibet aliud habentem ex aequo, eo solo excepto, quo  
non genuit.“ Et in l. de Trinitate: „In Filio uni-  
genito, qui per omnia similis et aequalis est Patri, excep-  
ta paternitate.“

Alterum argumentum est a posteriori, quod ita insu-  
tui potest:

„ distinctionis fundamentum in divinis est sola relationis  
 oppositio, obinet enim in divinis hoc principium ab omni-  
 bus admissum: omnia sunt in Deo, nisi ubi obviat relationis  
 oppositio; jam vero Spiritus S. non minus distinguitur a  
 Patre, quam a Filio, ergo etiam a Filio procedit. Quod ar-  
 gumentum ita evoluit S. Anselmus l. 2. in epist. de processio-  
 ne Spiritus S. - 1<sup>o</sup> docet: „ Omnia esse unum in divinis,  
 nisi ubi obviat relationis oppositio, per consequens Pa-  
 trem non esse Filium, quia obviat relationis oppositio, et  
 2<sup>o</sup> Cum Spiritus S. relative opponatur Patri ac Filio, per  
 consequens a Filio aeque ac a Patre procedit. Et S.  
 Thomas contra Gentes l. 4. ait: „ In rebus remota materi-  
 ali distinctione, quae in divinis personis locum habere  
 non potest, non inveniuntur aliqua distingui, nisi per  
 aliquam oppositionem, quae enim nullam oppositio-  
 nem habet, ad invicem simul esse possunt in eodem,  
 unde per ea distinctio causari non potest, album etiam  
 et triangulare, licet enim diversa sint, quia tamen  
 non opponuntur in eodem esse contingit. „ Oportet  
 autem supponere secundum fidei documenta, quod Spi-  
 ritus S. a Filio distinguatur, aliter enim non esset Tri-

Sed Dualitas in personis. Oportet ergo hanc distinctio-  
nem per aliquam oppositionem fieri. Non autem per  
oppositionem affirmationis et negationis, quia sic distin-  
guuntur entia a non entibus, nec oppositio privationis  
et habitus, quia sic distinguuntur perfecta a  
imperfectis, nec oppositio contrarietatis, quia sic  
distinguuntur, quae diversa sunt secundam formam  
in Deo autem unica est forma, seu sicuti una essentia  
scilicet Patris, seu divinitas. Relinquitur ergo, ut una  
persona distinguatur ab alia, per oppositionem relati-  
vis; sic enim Filius a Patre distinguitur secundum  
oppositionem relativam Patris et Filii. Non enim  
divinis alia oppositio dari potest relativa, nisi secundum  
originem. Oportet igitur, si Spiritus S. a Filio distingua-  
tur, quod sit ab eo, non enim est dicere, quod Filius sit  
a Spiritu S. quum Spiritus S. magis Filii esse dicitur  
et a Filio detur. -

Ex huiusque disputatione porro liquet, Symbolum Ni-  
caeno - Constant. addendo particulam: "Filioque non  
fuisse corruptam. Corruptio aunc tantum obtineret, se



sententia definita illa particula addita fuisse eliminata,  
 nota, aut contraria ab illa stabuta; quod autem nequaquam  
 factum est. Non enim dixerat Conc. Constantinop.: „qui  
 a solo Patre procedit”, sed tantum: „qui a patre procedit”  
 prout scilicet habet Evangelium, quod recte a Macedonia,  
 nis negabatur, in medio relinqueret, quae porro vera  
 erant et ipsum scivit de processione ejusdem Spiritus S.  
 a Filio. Insuper causam hujus reticentiae assignare  
 valemus. Macedonius scilicet, contra quem Conc. Con-  
 stant. convocatum erat, Spiritum S. creaturam Filii  
 esse crederet, ejusque servum, qui itaque ex Patre  
 minime sit aut procedat. A Filio quoque Spiritum  
 S. procedere, noluit itaque Synodus adicere, quoniam  
 de hoc nemo quaerebat, et ne occasio praeberetur Macedo-  
 nianis opinandi, Eccliam vcl a longe ex illorum parte stare.  
 Ceterum si objectio illa valeret, deberet quoque Concil. Constant.  
 accusari, quod Symbolum Nicaenum, cui plures articulos adje-  
 cit, corruperit. Unde et Patres Concl. Florentini, Graeci et  
 Latini, declarare potuerunt: explicationem verborum illo-  
 rum; Filioque veritatis declarandae gratia, imminente  
 tunc necessitate, licite et rationabiliter symbolo fuisse

appositam.<sup>11</sup>

Obijciunt: 1<sup>o</sup> In Scripturis, quum de processione Spiritus S. agitur, diserte asseritur, eum a Patre procedere, nulla de Filio facta mentione Joann. 15. 12. —

2<sup>o</sup> Quarto adhuc saeculo Patres Constant. hoc unum definiunt, Spiritum S. a Patre procedere. —

3<sup>o</sup> In Concl. Ephesino lectae sunt Theodoretici confutationes contra Cyrillum, in quibus negat, Spiritum S. a Filio procedere, idem in Symbolo Nestoriano traditur; nec tamen in Synodo Ephesina haec symboli Nestoriani et Theodoretici sententia damnata est. — Ergo ... Respondum ad 1.) Hoc argumentum ex his, quae jam dicta sunt, facile diluitur. Minime eo loco negatur, Spiritum S. a Patre procedere, imo contrarium potius insinuat, sicut in argumento ex scripturis petito supra ostendimus. Unde temere omnino Photius a) hoc argumentum vocat acutum et inevitabile telum. Illud jam evertit Augustinus: b) « Si de Patre et Filio procedit Spiritus S., cur Filius dixit: de Patre procedit? Cur putas nisi quem ad modum,

dum ad eum volent referre, et quod ipsius est, de quo  
 et ipse est? A quo eutem habet Filius, ut sit Deus, ab  
 illo habet utique, ut etiam de illo procedat Spiritus S. ac  
 per hoc Spiritus S. ut etiam de Filio procedat, sicut procedit  
 de Patre, ab ipso habet Patre. Praeter ea notum est ea, quae  
 pluribus personis communia sunt, in scripturis de una  
 tantum praedicari, ita tamen, ut aliae non excludantur."

Thd 2) 1<sup>a</sup> Quid et ea responderi possunt, quae modo dicta  
 sunt, ad illa verba N<sup>o</sup> Joanne. c. 15: "Qui a Patre pro-  
 cedit."

Joann. c. 15.

2<sup>a</sup> Cur Concilium non adiecit, ex Filio "sed satis esse unum"  
 dicitur dicere: qui a Patre procedit? Est certissima,  
 quia eo tempore dubium non erat, an Spiritus ex Filio  
 procederet; id enim haeretici concedebant, ut constat  
 ex Basilio libro II in Euzoium; sed de Patre potius  
 controversia erat, a quo alienum omnino Spiritum S. tam-  
 quam solius Filii creaturam haereticum esse dicebant. Conci-  
 lum ergo ut remedium morbo afferret, id posuit in Symbo-  
 lo, quod necesse erat. -

Thd 3<sup>a</sup>. In Synodo Ephesina epist. S. Cyrilli ad Nesto.

rium lecta est et laudata, in qua Spiritus S. Filii proprius et ab eo procedens statuitur. Unde dubium esse non potest Concilii sententia; noluit tamen tunc expresse disputare de ista quaestione, tum quia propter aliud negotium convenerat, tum etiam, quia removenda erat omnis suspicio haereseos Macedoniorum, quibus verbum: „ Spiritus S. est proprius Filii ” vel „habet suam originem a Filio ” frequenter utebantur, ut significarent Spiritum S. a Filio fuisse creatum. Unde quae in Nestorii aut Theodoretii scriptis processionem Spiritus S. a Filio spectabant, a Concilio sumi poterant tamquam contra Macedonios dicta. Notum enim est, Nestorium ejusque adhaerentes magnum adversus omnes, qui ante eos fuerant, haereseos, zelum affectasse. —



Partis secunda.

De operibus divinis, seu de relatione  
Dei ad mundum  
universum.

10 Karsch Rego

# De operibus divinis seu de Deo

in relatione ad mundum spectato.

Hactenus Deum uti in se est consideravimus eundemque unum in essentia et trinum in personis esse cognovimus, plurima autem entia existere alio, quae cum Deo confundere non licet, quoniam a natura divina penitus diversas sunt. Deus enim simplicissimus et immensus est, claritur vero entia, quae ex partibus consistant, loca circumscribuntur, et spatium occupant. Deus aeternus et immutabilis est, reliqua vero entia temporibus subiecta et mutabilia existunt. Deus independens, alia entia legibus submissa videmus, praeterea cognoscimus ipsam animam nostram simplicem intellectu et voluntate praeditam, a natura divina omnino diversam esse, cum essentialia discrimina inter illam et Deum intercedunt, ex ipsa autem animae nostrae cognitione recte colligimus, alia entia spiritualia adesse, quae licet cum Deo ente simplicissimo, omniscio et liberrimo majorem similitudinem habeant, a perfectione tamen Spiritus infiniti longissime distent. Sanctorum vero entium horum contingentium complexum mundus seu universum dici consuevit. Mundus ergo est complexus omnium entium contingentium finitum, mutabilium et inter se connexorum, quae Deus non sunt, seu

brevius: „Mundus est universitas rerum omnium praeter Deum  
existentium“. Maximi autem momenti est, ut relatio cognoscatur,  
inter Deum et mundum intercedit. Haec autem facile cognoscitur,  
si recta rationis principia sequamur, et multo magis, si doctrinam  
nam revelationis audiamus. Ratio enim dicta, et revelatio eo  
culentius docet, Deum omnium entium praeter ipsum existentium  
esse creatorem, conservatorem et gubernatorem, quae  
cise veritas modo in hac secunda parte dogmaticae specialis  
eleanda breviter est. Sit itaque

I.  
Deus omnia ex nihilo sed ex solo  
suae voluntatis liberrimae consilio juxta sapientiam  
manu ipsius ideam pariter aeternam in tempore  
et cum tempore creavit. —

Antequam argumentis hanc veritatem comprobemus majoribus  
intelligentiae et claritatis gratia nonnulla de statu quaestio-  
nis praeposenda sunt. Dicimus itaque imprimis Deum esse causam  
sufficiens efficientem creationis non ergo alius sed solus Deus haec  
omnia creasse asseritur. Creare autem est solo voluntatis actu  
aliquid, quod ante non existit efficere; est itaque creatio: q





tum vel <sup>per</sup> eum vel per angelos sive bonos sive malos formatus sit, assumitur.

- 3<sup>o</sup> Tum systema mundi aeterni, quod bifariam distinguitur, in pantheismum, Deum cum mundo confunderentem, et emanatismum seu doctrinam, quae statuit ex ipsa Deo substantia materiam promanasse non sicut, ac radii a sole vibrantur aut veluti ex aranea telae, ex bombycis filamenta produci solent. Fluxu perierunt tandem errores Idealistarum et Egoistarum seu Rationalistarum. Contra illos igitur errores superius statuta propositio defendenda venit, atque hinc ostendendum, mundum seu omnia universa a Deo immediate non ex materia aliqua praesistente verum ex nihilo sua sponte ac voluntate liberrima Dei producta fuisse. Quae quidem doctrina de fide est, ut patet ex Symbolis 1). apostolico: "Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem coeli et terrae;
- 2<sup>o</sup> Nicaeno Constantinop. quod addit ad verba: coeli et terrae "visibilem omnium et invisibilem".
- 3<sup>o</sup> adhuc apertius ex definitione Concilii Lateran. III. in quo legimus: "Firmiter credimus et simpliciter confitemur,"

mus . . . unum universorum principium creatorem  
 omnium visibilibus et invisibilibus, spiritualium et  
 corporalium, qui sua omnipotenti virtute simul ab  
 incipio temporis utramque de nihilo condidit creaturam  
 spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundana  
 namque deinde humanam quasi communem e Spiritu et  
 corpore constitutam." -

Est autem haec doctrina definita eadem S. Litterarum tum  
 O. tum N. Testamenti. Quod ad A. T. adinet,

hanc satis aperte nobis tradidit Moyses per illa verba, qui  
 bus incipit librum Genesios: "In principio creavit Deus coe-  
 lum et terram" quo in loco coeli et terrae nomine totum uni-  
 versum exprimitur, ut saepius fit in S. Litteris e. gr. Actorum

actor. 17. 24.

17. 24: "Et licet verbum "bara" non semper creationem ex nihilo  
 significet, verum qui textum citatum bene perpende-  
 rit et attenderit ad scopum Moysis, id utique animadvertet  
 de prima rerum origine agi ac ipsius materiae productione,  
 ex qua factus est mundus, quod etiam quam maxime confir-  
 matur ex universali traditione et praesertim in specie  
 gentis Judaicae. Et requidem vera in loco nostro verbum  
 "creavit" de creatione in sensu strictissimo sumi debet quo

niam non tantum nulla materiae mensio injicitur,  
sed de ulteriori materiae formatione primum in sequen-  
tibus versibus sacer auctor loquitur. Item patet ex 3<sup>o</sup> co-  
po, quia scopus, quem Moyses in scribendo sibi praefinivit  
fuit, revelare Judaeis Deum omnium rerum creatorem  
Quod tandem et Judaei ipsi de vera creatione hunc locum  
intellexerunt, patet aperte ex verbis matris Maccabaeae,  
quibus alloquitur adolescentiorem septem filiorum suorum  
rum lib. 2. Maccab. 7. 26. "Peto mate ut aspicias ad coc-  
lum et terram et ad omnia, quae in eis sunt, et intel-  
ligas, quia ex nihilo /  $\xi\gamma\omicron\omicron\kappa$   $\omicron\rho\tau\omega\varsigma$  / fecit ille Deus." Idem  
patet ex verbis psalmi 32. v. 6: "Verbo Domini coeli firmati  
sunt, et Spiritu oris ejus, omnis virtus eorum, quo-  
rum niam ipse dixit, et facta sunt, ipse mandavit et creata  
sunt." Item: "Initio tu Domine terram fundasti et  
opera manuum tuarum sunt coeli." Quod eadem ratio  
liberrimae voluntatis Dei omnia creata sunt, notum  
est ex psalmo 134. 6: "Omnia quaecumque voluit Domi-  
nus, fecit in coelo, in terra et omnibus abyssiis." In quibus  
locis recte id, quod Ecclia cath. docet, traditur, Deum nimis

Lu. 2. Maccab. 7. 26.

Psalm. 32. v. 6

Psalm. 134. 6.

rum solum et non ens aliquid aliud omnia et eo modo, quo  
 voluisse secundum suam infinitam sapientiam nullaq  
 necessitate coactum sola omnipotenti virtute sua et nul  
 la etiam materia praesistente <sup>creare</sup> credidisse. Sed idemve,  
 dicunt nobis quoque libri N. T., Ita Actorum 14, 14  
 ajunt Apli Paulus et Barnabas ad <sup>Si</sup> Lytrensēs, qui  
 illis tamquam diis sacra facere volebant: Viri quid haec  
 facitis? et nos mortales sumus similes vobis homi  
 nes, enuntiantes vobis ab his variis Converti  
 ad Deum vivum, qui fecit coelum et terram et omnia,  
 quae in eis sunt." Et Apostoli ad Hebr. 11. 3. i: "Fide in  
 telligimus, optata esse saecula verbo Dei: ut  
 ex invisibilibus visibilia fierent." Et Joann. in Apoc.  
 4. 11. i: "Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam et  
 honorem et virtutem, quia Tu creasti omnia et propter  
 voluntatem Tuam erant et creata sunt." Tandem Joann.  
 17. 5 ait Xpus Dns i: "Clarifica me Tu pater quod se  
 metipsum, claritate, quam habui prius quam mun  
 dus esset apud Te." Docent ergo etiam N. Litterae N.  
 T. i: "A Deo omnia ad suum arbitrium ex nihilo esse

Act. 14. v. 14.

Ep. ad Hebr. 11. 3.

Apoc. 4. 11

Joann. 17. 5.

condita. 7

Idem autem ratio ipsa confirmat, ex eo enim, quod omnia in mundo contingentia sunt, requirunt causam, a qua producantur. Idem et Ecclesiae Traditio evincit, quod ex eo vel patet, quoniam idea de mundo aeterno ab haereticis propagata ab omnibus Patribus et universa Ecclesia tamquam erronea impugnata atque rejecta fuit. Et novissime sententia Ecclesiae de aeternitate mundi a Joanne 22<sup>o</sup> rom. Pontifice proscripta fuit hac propositione contenta: "Quam cito Deus fuit, tam cito mundum creavit!" )

Nota 1<sup>a</sup>

Errori huic damnata proxime est opinio eorum, qui statuunt Deum non alia facere posse quam fecit.

Nota 2<sup>a</sup>

Ex dictis quoque sponte colligitur a doctrina catholica dissonam esse doctrinam illius Scholae recentioris, quae docuerat, Deum non potuisse non creare; potius mundum sempiternum esse et Deum nihil aliud condere potuisse, quam quod creata condidit, et propterea mundum hunc absolute optimum esse non quia

inter mundos possibile est perfectissimus, sed quia  
unicus possibilis.

Nota 3.<sup>a</sup>

Ad doctrinam ergo certo revelatam pertinet:

- 1<sup>o</sup> Mundum a Deo solo creatum fuisse.
- 2<sup>o</sup> Eundem ex nihilo productum esse;
- 3<sup>o</sup> liberrimo consilio et secundum sapientissimam Dei  
cognitionem illum in se cum tempore effectum.

Quod autem spectat ad Creationem ipsam in se, u<sup>n</sup>  
Arum nempe haec creatio facta sit uno temporis  
instanti aut vero per longius aliquod temporis spa-  
tium, hoc dogmatice non est definitum; videtur ta-  
men certum esse Deum non uno instanti tem-  
poris, sed saltem terram nostram seu mundum spa-  
tius 6 dierum, sive illa longiora sive breviora  
assumantur, effinxisse, uti ex Moysis relatione  
patet in libro suo Geneseos, quam relationem di-  
versi diversimode explicant, alii nempe de diebus natu-  
ralibus, alii de spatiis longioribus, alii iterum aliter ex-  
plicant, sed hoc de fide non est et deinde relato ad hoc suf-  
ficiant dicta in Theologiae revelationis studio anno  
elapso. ~ ~

Nota 4<sup>a</sup>.

Perfectum esse hunc mundum atque ad finem aptissimum ad quem a Deo creatus est, nemo dubitabit, quicumque Deum sapientissimum et potentissimum bonitatem consideret. Si hunc men quaeratur, utrum hic mundus sit optimus nec non putamus distinguendum esse, quo sensu mundus optimus intelligatur. Nam si mundus ceterum optimus dicitur quatenus sapientiae divinae hunc mundum condere quam maxime conveniebat, aut quatenus rebus creatis singulis ac simul sumptis finem, quam maxime congruentem proposuit, aut vero quatenus ipsae ad hos fines aptissimae constitutae sunt: mundus sine dubio optimus est. Dei enim perfecta sunt opera atque valde bonum est, quod quod ipse fecit. Si autem mundus optimus dicitur hoc sensu ac si esset absolute bonus seu bonus in se, aut per se; aut quasi esset inter omnes mundos possibili unicus optimus, aut tamquam si res singulae seorsum spectatae perfectiores esse non possent, aut vero ut si mundus per lapsum generis humani non sit corruptus, certe optimus non est. Nam bonum absolutum unus solus Deus est atque plures immo innumeri mundi dari possunt, porro res singillatim consideratae in mundo perfectissimas non esse testatur,

tur experientia ipsa, mundum autem per peccatum propter  
parentum in deterius mutatum esse, docet revelatio. Haec est  
unanimitas patrum SS. doctrina.

Finis ultimus creationis rerum est ipse Deus seu cōt ipsa summa  
Dei perfectio ac bonitas, ut perfectionem suam, cum re-  
bus finitis communicet et sic illam ad extra manifestet.  
Creavit ergo Deus mundum, quia tanquam ens perfectis-  
simum suam bonitatem seu perfectionem rebus finitis im-  
partiri, ab iisque suam bonitatem ac gloriam manife-

stari ac annuntiarī voluit, ut clare SS. Litterae asserunt.  
Ista ex. gr. Prov. 16. 14: "Universa propter semetipsum opera-  
tus est Dominus." Psalm. 18. 2: "Coeli enarrant gloriam Dei  
et opera manuum ejus annuntiat firmamentum".

Ad Rom: "Invisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea,  
quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque  
virtus ejus et divinitas. Et Christus ait Joann. XIV. 13: "Sic  
luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera ve-  
stra bona et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est."  
Item catechismus Rom: Ps. 1. de 1. symboli art. 21. 15 eadem  
de fine creationis rerum refert. —

Nota V.

Prov. 16. 4.

Psalm. 18. 2.

ad Rom.

Joan. 14. 13.




De providentia divina seu de Deo mun-  
di conservatore et gubernatore. -

Sicuti autem certum est Deum mundi esse creatorem ita certum non minus est ipsum esse mundi conservatorem et gubernatorem. In hoc autem consistit providentia divina quae creationis non nisi continuatio est atque definitur:  
„Ea actio Dei ad extra libera, qua ipse rerum omnium ac singularum curam gerit, seu qua res creatas omnes ac singulas conservat, et juxta sua sapientissimum consilia gubernat.“

Ex hac autem definitione patet providentiam divinam duas ac veluti partes comprehendere, unam, qua Deus omnia conservat, et alteram, qua omnia ordinat et ad fines suos dirigit. -

Conservatio

Sub conservatione mundi autem intelligimus ex mente Ecclae Cath. eam omnipotentiae divinae actionem liberam, ad extra transeuntem, qua fit, ut res creatae omnes et



ЛЬВІВСЬКА НАУКОВА БІБЛІОТЕКА  
ім. В. СТЕФАНИКА НАН УКРАЇНИ

**ВІДДІЛ РУКОПИСІВ**

ФОНД 4 (Бав.)

ОПИС 1

ОД. ЗБ. 1426/2

N<sup>o</sup> 1426.  
VIII, B. 91

II<sup>z</sup> pars.

Z księgozbioru  
Stanisława Spittala

Dział, \_\_\_\_\_ No, \_\_\_\_\_

*Doğmatica specialis*

*Michael Burxanskiß*  
*auditor II an. s. theol.*  
*1866. -*

et singulae i. e. tum in suis generibus, tum in suis indivi-  
 duis esse suum retineant, quousque earundem individi et ad u-  
 niversum relationi, seu consiliis sapientiae divinae convenient  
 fuerit, et ideo eis etiam necessaria ad subsistendum praestentur.  
 „Subgubernatione autem intelligimus eam Dei actionem ad  
 extra liberam, qua res omnes in mundo securum ipsius  
 sapientissimae consilia disponuntur ac diriguntur, ut fini-  
 bus suis satisficiant, seu ad scopum sibi propositum perve-  
 niant, et hinc etiam id praestent, quod eas pro sua natura  
 praestare oportet.“

Deum esse mundi conservatorem et gubernatorem, Ecce semper  
 tamquam principalem fidei articulum professi et contra all-  
 ristotelicos, qui limitem ei luncam constituerant, Epicuram,  
 os ac Stoicos nec non Gnosticos et Manichaeos, qui non omnia  
 sub Dei providentia cadere dicunt, ex catholismo romano Com-  
 Friederh. patch: „Quomodo omnia ut essent, creatoris  
 dum mai potestate, sapientia et bonitate effectum est, ita et  
 am nisi conditis rebus perpetua ejus providentia adesset, atq  
 eadem vi, qua ab initio constitutae sunt, illas conservaret, Ita-  
 tum ad nihilum reciderent.“

Quod idem S. S. Litterae aperte ostendunt: Ita Sap. 11. 25-26 in Quo,

Catechismus Rom.

Sap. 11. 26.

- modo posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut qd  
a te vocatum non esset, conservaretur." Et solus Dñs ait:  
 Joann. 5. 17. "Pater meus usque modo operatur, et ego operor." Et apòs. Act:  
 Act. 17. 28. "In ipso enim vivimus, et movemur, et sumus." Huc pertinet  
 ille vsus Dñi solus, quem legimus apud Math: "Ne solliciti  
 sitis animae vestrae, quid manducetis; neque corpori vestro,  
 quid induamini." etc. etc. etc. - Et quoad gubernationem Sap. 8. 1.  
 Sap. 8. 1. "Attingit a fine usque ad finem fortiter, et disporit omnia  
 a suaviter." Et cap. 7. 13: "Non est alius Deus, quam tu, cui  
 cura est de omnibus. Et Math 6. 16: "Respicite volatilia  
 caeli quoniam non serunt neq metunt neque congregant  
 in horrea et Pater vester coelestis paucis ea." Et Math: 10. 29:  
 Math 10. 29. "Nonne duo passeris, aise veniunt; et unus ex illis non ca-  
 det super terram sine Patre vestro? Vestri autem capilli ca-  
 pitis omnes numerati sunt." Unde praecellare divina providen-  
 tia de omnibus apparet.

### Modus conservationis et gubernationis.

Cum de explicando modo agitur, quo contingentium rerum  
 conservatio perficitur, non una est omnium sententia. Alii

enim id positivè fieri ajunt et directe, quatenus Deus jugi  
quodam influxu res conditas in existentia retineat; alii vero  
negative dumtaxat, omnique actionis positione sumpta, quo-  
niam ad rem condituram perseverantiam / ultra sufficere  
arbitrantur, si Deus illas non demolitur. Quare sententia su-  
perior conservatio positiva, posterior negativa vocatur. Pluri-  
mi Theologi et philosophi conservationem positivam propugnant,  
quod etiam omni jure fit, nam ipsa S. scriptura operationi di-  
vinæ omnem conservationem adscribit, ideo Deus dicitur firmare  
terram, nutrire animalia, vestire lilia, dare vitam et inspira-  
tionem et omnia. Item S. Patres quoque conservationem, ut acti-  
onem divinam proponunt, qua cessante omnia in nihilum re-  
labuntur. Inde sequitur, quod juxta hanc sententiam si rem  
annihilare dicitur Deus, cum ab ejus conservatione cessat; juxta  
oppositam vero sententiam annihilatio Deo agente fit actu non-  
pe omnipotentiae divinae nihil efficitur, quod absurdum vide-  
tur, nam actio cum reale aliquid et positivum sit, pro termino  
nihilum habere nequit. Vires autem quoque conservari debent  
rebus creatis et etiam dum in actum transeunt Dei influxu carere  
non possunt. Sed licet S. Litterae omnia in mundo ad omnipotentem  
virtutem Dei conservatricem referant, tamen simul rebus propriam  
ut subsistentiam ita et efficientiam esse non a Deo prorsus indepen-



dentem tribuunt. Ex his igitur patet, quod conservatio non sit  
talis, ac si fiat sine Deo; sed et non ejusmodi, ac si fiat sine rerum  
conditarum concursu.

Ubi hoc autem concursu, qui ad omnes res conditas refertur et ideo  
generalis appellatur vel etiam physicus, distinguitur concursus  
specialis seu graciosus, quo nos Deus per gratiam suam in operi-  
bus bonis adjuvat, et etiam specialissimus, qui in inspiratio-  
ne locum habet. Ideo autem Deus ad malum concurrere dici  
nequit, quia vires sustentat in operando, quod et facile intel-  
ligitur, nam, quam Deus concursu suo solummodo vires nostras  
eorumque efficientiam, inde terminate spectatam, sustentet,  
usum vero illarum naturis liberis permittat: causa peccati  
non ipse sed voluntas nostra prava est.

Quod vero spectat ad gubernationis divinae modum, hic con-  
siderari et defini potest secundum relative ad res, quae guber-  
nantur. Res autem, quibus mundus constituitur, in duas par-  
tes distingui possunt, a se essentia diversas, in illas nempe, quae  
pertinent ad mundum sic dictum physicum et in illas ad mo-  
ralem spectantes, quorum illae ad mundum physicum per-  
tinentes seu mundus physicus, utpote rebus ratione carentibus  
constat, necessitati patet, hae vero ad mundum moralem spec-

tantæ i.e. mundus moralis naturas indolentes compro-  
 hendens, libertate ad finem suum tendit. Quapropter et gubernatio  
 divina, quæ pro summa Dei sapientia indolentium  
 convenire debeat et accommodari, spectata harum natura, ali-  
 a mundi physici et alia mundi moralis sibi necesse est. Et  
 hinc entia ista pathologico modo seu passivo per omni-  
 nia, uti astra, pelantæ, arboræ etc., aut etiam per in-  
 stinctus uti animalia ad fines suos partiales diriguntur  
 non solum ut vita hominum sustentetur, sed et ut spiritui  
 hominum perfectiones divinae manifestentur, ut illi nempe  
 per hanc manifestationem ad Deum colendum amandumque  
 excitentur et sic finis totalis i.e. gloria Dei promoveatur. -  
 Gubernatio vero moralis, naturam libertate præditam respi-  
 cens, tribus quodammodo constat partibus sive actionibus,  
 ipsaque efficitur: primo, ut omnes omnino homines seu  
 naturæ rationales finem suum, moralem conjunctionem cum  
 Deo, summo Bono, consequi possint; deinde, ut illi, qui  
 sincere voluerint, illam re vera consequantur; tum, ut om-  
 nibus aliquando dignitati ipsorum condigna sors contingat.  
 Haec talis gubernatio moralis mundi nec libertatem dat,  
 nec Deo indigna est.

Deus itaque hominem in gubernatione sua liberum semper  
relinquit, imo cum libertas hominis per peccatum originale  
nullatenus quidem extincta sed tamen imminuta et vulnerata  
fuerit, Deus illi subvenit per gratiam Re Temporis. Dein  
Deus gubernat hominem cum rationalis sit et liber per leges  
ad finem suum consequendum. Praeterea dirigit eos ad finem, quo-  
tenus motiva sunt timoris sunt spei, tum amoris proponens,  
ut a malo absterreat et ad bonum excitet. Ulterius per su-  
pernaturalia auxilia subvenit illis ad finem. Unde jam pa-  
tet, quod per gubernationem divinam humana libertas non  
tollitur, quamvis Deus in suis dispositionibus nunquam  
fallatur, cum facile sit omnipotentiae et sapientiae di-  
vinae actus exterrere, consiliis suis contrarios, illaesa li-  
bertate, impedire. — Potest enim imprimis Deus hoc facere  
interius luminibus et gratis malam voluntatem aut vin-  
mutare aut alio deflectere. Quod si homo in malo obstina-  
tus maneat, potest Deus immediata sua efficientia ac-  
tum externum impedire aut adimendo vitam peccatori, ut  
in Pharaone et Aegyptiis Israelitas persecutoribus factum  
est. Ex. XIV. 17. —, aut peccati occasionem removendo, uti

in Scute, e cuius manibus David per fugam ereptus est, aut majorem potentiam opponendo, uti in Absolonis per validiorem Davidicis exercitum profligato II Regum XVIII., aut servitium usum auferendo, quod experti sunt Sodomitae Angelis inique insidiantes Gen. XIX. 11. - aut per miraculam vitam in periculis conservando, quod in Daniele missum in lacum leonum et in tribus pueris in fornacem ignis projectis, evenit. Dan. VII. 21. et III. 24 etc., - aut aliis modis, in quibus omnibus omnipotens et sapientissima Dei gubernatio se manifestissime praebeat. Neque asseri potest saltem in iis, qui salutem suam operam non negant, Deum consilio suo frustrari; cum nempe vult omnes homines salvos fieri, nam finem illum ultimum, quem Deus absolute intendit, ut se scilicet perfectum, sanctum ac justum in nobis exhibeat, in quo vis asequitur, finem autem proximum, moralem nostram perfectionem, cui desumus, aut aqua deficiamus, non vult absolute, sed tantum hypothetice, eate, nus scilicet tantum, quatenus nos voluntati ipsius obsecutores esse praecidet. -

Quod vero ad existentiam mali moralis seu peccati attinet, haec ex iis, quae superius diximus, prorsus nullam difficultatem

I. Reg. 19.

II. Reg. XVIII.

Gen. XIX. 11.

Daniel. VII. 21 et III. 24.

Nota:

tatem parit. Nam Deus peccatum non efficit, sed tantum  
permittit, idque solummodo propterea, quoniam secus ho-  
mini libertatem adimere, et ideo omni dignitate exuere debe-  
ret; illa enim instructi domini, sumus actionum nostrarum,  
ad honestatem & virtutem sectandam idonei, cui abso-  
lutum inest premium, et per hanc ad felicitatem eriti possumus.  
Quodsi autem liberi sumus: possibilitas a nostro fine aberrandi  
seu peccandi nobis data sit necesse est; haec enim ad natu-  
ram entis rationalis finiti necessario pertinet, et ab illo, quamvis  
in praeparationis stadio versatur, abesse prorsus non potest.

Quoad mala autem physica in mundo observandum est:

1<sup>o</sup> Malum saepe non est malum in se, aut ad solam rerum  
compagem; imo sunt necessaria aliquando, et non raro nu-  
bis ipsis proficua. -

2<sup>o</sup> In mundo, in quo regnat peccatum, mala physica sunt  
necessaria pro puniendis hominibus de peccatis aut ad eos e-  
mendandos et ad altiora evehendos.

3<sup>o</sup> Tandem in mundo creato et finito nihil est perfectum  
omnino seu absolute, hinc imperfecta adesse possunt. -

Quoad autem justorum et bonorum aerumnas et impiorum  
tranquillitatem et felicitatem in hoc mundo observandum est.

1<sup>a</sup> Non omnes, qui iusti ac probi videntur, vera semper iusti sunt; et ita etiam non omnes, qui mali habentur, vere improbi sunt.

2<sup>a</sup> Vera virtus habet praemium, internam pacem, tranquillitatemque, impius remorsu conscientiae saepe cruciatur.

3<sup>a</sup> Nemo justorum ab omni labe immunis est, quemadmodum neque omnis improbus ita corruptus, ut quaedam non peragat bona.

4<sup>a</sup> Insuper mala physica iustos a vitiis preservant et retrahunt, alios autem et bonos et felices ad virtutem sectandam movent.

5<sup>a</sup> Tandem gubernatio divina nequaquam in hoc mundo aspectabili absolvitur, hic praeparatis est, manet autem altera vita, in qua aequitas perfecta expectari debet. —

*Partis tertiae*

*De natura spiritali, seu de  
Angelis. -*

*12 h. seq.*

## De Angelis.

Moyſes in ſua de creatione hiftoriae ea praecipue retulit, quae ad mundum adſpectabilem pertinent, ut homines exiſt, quae continuo ob ipſorum oculos verſantur, ad cognoscendam atque laudandam Dei omnipotentiam, ſapientiam et bonitatem excitentur. Ut tum in ſcriptis Moyſis tum in aliis S. Scripturae libris satis clare traditur praeter creaturas viſibiles et materiales dari etiam creaturas inviſibiles et ſpirituales ipſis hominibus praecſantiores, quae communiter „Angeli” nominantur. ἄγγελος vox graeca, ſignificat „nuntiam” ideo non ſo, ~~(ſiſtens)~~ ſed et aliis legatis ad aliquod exequerendum ab alio miſſis hoc nomen in S. Scriptura tribuitur: ita Moyſes de miſſis ad explorandam terram promiſſionis et ipſe Moyſes „angelus” vocatur etc. ....

Juxta eandem vocis etymologiam etiam ſpiritus illi ſublimes, de quibus Tractatio diſcipitur, Angeli appellantur, quia ut ex dicendis apparebit a Deo ad varia munera obeunda miſſi ſolent, ergo eſt vox muneris non autem naturae.

Ut tamen angeli vocabulum uſu biblico Ecclae et S. Patrum ad



significandas substantias spirituales intellectu praedi-  
tas accommodatum, iis veluti proprium factum fuit. Angeli  
autem recte definiuntur: "Spiritus finiti hominibus prae-  
stantiores."

### Exsistunt Angeli a Deo creati.

Angelos exsistere, inficiati sunt Materialistae et deivi Saddu-  
caei nec non Pantheistae ex antiquis; ex recentioribus autem  
Anabaptistae et Rationalistae, qui per angelos tantum motus  
animi et affectiones quasi in Deo significare voluerunt, aut esse pha-  
ntasiae figmenta. Gnostici autem, Manichaei ac Priscilliani-  
tae Angelos ex Deo progeneratos esse aut profusisse affirmant.  
Contra hos omnes revelatio clara et in dubitate tradit: "An-  
gelorum existentiam simulque eos a Deo creatos demonstrat, et  
Ecclia contra adversarios laudatos publica doctrina ac fidei pro-  
fessione tuetur et confirmat. Et re quidem vera:

1<sup>o</sup> S. Litterae partim Angelorum apparitiones commemo-  
rant, ut Abrahamo, Hagari, Lotho, Tobiae, Raphaelem  
missum esse ad Raguëlem et Gabriëlem ad Danielem, ut

prophetiam ei afferret.

In N. T. legimus, Angelum Zachariae apparuisse, dein  
 Beatissimae Virginis Mariae. - Item Apostoli plu-  
 rimis in locis mentionem de Angelis faciunt, ut jam pluries  
 vidimus. Fieri autem mentionem de Angelis bonis non solum  
 sed et de Angelis malis, ita in V. et N. T. perspicuum est,  
 qui ultimi daemones etiam appellantur, ut e. gr. in libro  
 Job de Satano sermo fit, et in 1. Reg. dicitur, quod Saulum  
conturbabat Spiritus nequam. In N. T. Adus ipse mentis,  
 nem facit pluries de illis e. gr. quod homicida ab initio fuit etc...  
 Haec sufficiunt quoad existentiam. -

Quod autem Angeli a Deo creati sint e nihilo, aeque dog-  
 matica certitudine ac de illorum existentia constat. Etenim  
 licet Moyses non referat eorum creationem in specie, cum id  
 propositum ipsius non esset, attamen in decursu historiae suae  
 Angelos non solum existere commemorat, ut supra vidimus, sed ubi  
 que eos ut nuntios, ministros Dei describit, et tales proprieta-  
 tes illis attribuit, per quas illi ut a Deo distincti eta et dependen-  
 tes cognoscantur. Et in S. Litteris N. T. expresse dicuntur a Deo  
 creati ut ad Colossos: „ Quoniam in ipso /Filiis/ cordita sunt uni,

verſa in coelō, et in terra, viſibilia, et inviſibilia, ſive Hiero-  
ni, ſive dominationē, ſive principatū, ſive poteſtates: omnia  
per ipſum, et in ipſo creata ſunt."

Quod idem jam Ecclā in Conc. Later. IV contra haereticōs, qui  
Manichaeiſmum reſtaurare voluerunt, definiit: „Unum u-  
niverſorum principium, creator omnium inviſibilium et viſi-  
bilium, ſpirituale et corporale etc. . . .”

## De natura Angelorum. -

Quoad naturam Angelorum dogmatices certum eſt ita, ut ſal-  
va fide vix indubium revocari poſſit, eoſ ſpirituſ eſſe purōs,  
ſeu naturaſ ſpirituales intellectu et voluntate praeditaſ ſed fi-  
niſaſ, ut ex declaratione Conc. Later. IV. patet.

Hinc contra philoſophoſ neoſtericoſ propugnamiſ angelorum  
ſpiritualitatem ex S. Litteriſ. Et imprimiſ adducimſ ho-  
cum Apſtoli ad Hebr.: „ubi de Angelis dicit: „Nonne omniſ  
ſunt adminiſtratori ſpirituſ,” et de demoniſ habemſ Luc:  
„In hoc nolite gaudere, quod ſpirituſ vobiſ ſubjiciuntur;” eo-  
go cum ſpiritu� dicantur, qua voce a materialibuſ diſtinguam,

ad Hebr. 1. 14.

Lucā. 10. 20.

Aut, spirituales omnino dici debent.

Quod vero Angeli immortales sunt, tamquam certum et indubitatum retinendum est, ex eorum indole spirituali atque ex loco illius, ubi sermo est de igne parato aeterno diabolo et angelis eius, et ex illo loco tandem, in quo homines declarantur post mortem non ultra morituros aequales angelis, sed haec omnia satis superque patet, utique ex beneficio Dei non autem ex natura ipsa.

Si Litterae Angelos et daemones discrete spiritus vocant, et etiam definite declarant, quod spiritus carnem et ossa non habent. Quoniam tamen Ap[osto]lus quoque corpus spirituale, βούμα πνευματικόν commemorat; non videtur ex illa Angelorum, licet instanti, cognominatiōe saltem necessārio sequi, Angelos puros, omni omnino corporis expertes, esse spiritus. Quapropter quamvis non absolute certitudine sed cum maxima probabilitate statuendum esse, Angelos juxta S. Litteras incorporatos esse.

Licet Patres nonnulli pauci corporeos seu aethereos corpore, ut Angelos bonos, et aërios, malos compositos tenuerunt. Et conc. Nicaens II definit: «Honoramus et salutamus, ac hono-

Nota:

ranter adoramus imaginem — Sanctorum etiam et incorporeorum Angelorum." Et Conc. Later. IV euit de creatione naturae spiritalis et corporalis, angelicae et mundanae. At, tamen negari non potest, neque Conc. Nic. neque Later. sententiam, quoad quaestionem nostram de industria definivisse. Quia Nicaenum de adoratione statuit, non de natura angelica proprie aliquid definire voluit, imo positive hanc quaestionem definire noluit, ut patet ex epistola Joannis Thessalonicensium, quam non reprobavit neque ea reprobavit in illa, ubi de subtili corpore aliquo Angelorum sermo habetur. Et Concilium Lateranense tantum affirmare et definire directe voluit utramque naturam spirituales et corporales a Deo creatas fuisse contra dualismum Manichaeorum. Tamen modo fere communis doctrina est, Angelos esse omnino incorporeos, eam S. Litteris et Patribus graecis: Gregori. Thaumaturg. Nysseno. Narsianz. Eusebio, Epiphani. Joani. Christost. Dionysio Aleropag. Nilo, Joanne Damasc. etc... et latinis: Lactantio, Leone M. Tulgentio, Gregorio M. etc. retinendam. —

Numerus et ordinis Angelorum.

Quoad numerum Angelorum quod spectat, revelatio et Traditio nobis testis est, per magnum esse Angelorum numerum et varias eorum classes. Et haec certa sunt et reperi omniino possunt ut veritates conformes fidei. Quot autem numero sint Angeli, quatenam sint Angelorum classes et ordinis, quales cujusque ordinis doctes, de fide nihil est definitum, neque revelatum. -

Et quoad 1<sup>o</sup> nempe numerum, patet ex S. Litteris esse per magnum. Ita enim Math. ait Christus: "Plus quam duodecim legiones Angelorum impetrare se a Patre posse." Item Ap<sup>l</sup>s ad Hebraeos: et Judaus in sua epistola 14. 15: etiam multitudine illorum commemorant et praesertim Joann. Apoc. ubi legimus: "Audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, et animalium et venientium, et erat numerus eorum  $\mu\upsilon\chi\iota\delta\acute{\omicron}\varsigma$ ,  $\mu\upsilon\chi\iota\delta\acute{\omicron}\delta\omega\nu$ , καὶ  $\chi\epsilon\lambda\iota\delta\acute{\omicron}\varsigma$ ,  $\chi\epsilon\lambda\iota\delta\acute{\omicron}\delta\omega\nu$ . i.e. millia millium." Et Daniel: "millia millium Domino ministrasse, et decies millicentena millia ei adstanti."

Math. 26. 53

Judae ep. 14. 15

Apoc. 5. 11

Dan. 7. 10

tisse. ... ergo. —

Non minus certum est inter hos angelos alios aliis superiores esse, eisque certis ordinibus esse attributos. Commemorantur enim in S. Litteris praeter Angelos etiam Archangeli, Cherubim, Seraphim, Throni, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes.

Hinc etiam Patres hanc distinctionem faciunt Angelorum licet in eorum distinctionibus offerendis non congruant. Dionysius Aeropag., sub cuius nomine libri saeculo editi sunt, primus novem choros Angelorum enumerat, quos in tres hierarchias seu classes distinct.

In 1 <sup>a</sup>	hierarchia	ponit	Seraphim,	Cherubim,	Throni.
" 2 <sup>a</sup>	"	"	"	"	Dominationes, Virtutes, Potestates.
" 3 <sup>a</sup>	"	"	"	"	Principatus, Archangelos et Angelos.

Eundem dein secutus est Gregorius M. et alii Patres Ecclesiae. Quoad Angelos malos id tantum constat, esse aliquem, qui tamquam dux ac princeps in reliquos daemones ac impios durum et ignominiosum dominium exercet, et quem principem daemoniorum S. Litterae vocant Math. 12. 24: Belzebub "ibi, et Belial" Deutor. 13. 2. draconem, serpentem

Math. 12. 24.

antiquum" Apoc. 12. 9.

## De Angelorum statu originali.

Manichaei, Gnostici et alii haeretici defendebant An-  
gelos non per peccatum commissum malos factos esse, sed  
malos creatos fuisse a Deo, sed fides et revelatio opposi-  
tum tenet asseritque secundum SS. Litteras omnia a Deo  
bona creata fuisse et angelos ideo malos esse, quia in verita-  
te non steterunt, sed peccaverunt. Idem habemus ex con-  
ciliorum definitionibus, ut ex Carthaginense IV, Bracaren-  
se et Lateranense IV ubi dicitur: Diabolus et daemones alii  
a Deo quidem naturam creati sunt boni, sed ipsi per se facti  
sunt mali."

Idem eadem SS. Litterae aperte docent, ut in 2 ep. Petri i, Si  
enim Deus Angelis peccantibus non peperit, sed ruden-  
tibus inferni detractos in tartara tradidit cruciandos, in  
judicium reservari." Et Iudas Ap'to 1. 16: Angelos vero, qui

2 ep. Petr. 2. 4.

Iudas 1. 16



non seroaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis aeternis sub caligine reſervavit.

Quomodo autem peccaverunt Angeli, hoc non eſt de dogmate, et ipſi doctores et Patres inter ſe non conſentiunt, antiquiores nonnulli luxuriam ſtatuerunt provocantes ad Gen. 11. 2. aſt ibi sub nomine filiorum Dei Sethitae intelliguntur. —

Alii invidiam putant provocantes ad l. Sap. 11. 14. ubi eſt: "Invidia diaboli morſ introivit in mundum." Sed hic quoque de Angelo jam laſo ſermo eſt. Probabilior eſt eorum ſententia, qui ſuperbiam ſtatuerunt, provocantes ad 1. ep. ad Tim. 3. 6. "Non neophytum ne in ſuperbiam elatus, incidat in iudicium diaboli i. e. ne in eandem poenam incidat ac diabolus, eadem poena autem idem crimen ſuſcipit, certo tamen nihil hac de re definiri poteſt. —

Item Eccl. 10. 15: "Tribulum omniſ peccati ſuperbia", ergo primum peccatum ſuperbia fuit, sed Angeli primi peccaverunt, ergo ſuperbia. —

Præter autem ſtatum Angelorum creatorum a Deo immunitatem a peccato et perversitate condecorati erant donis ſu,

Gen. 11. 2.

1. ep. ad Tim. 3. 6.

Eccl. 10. 15.

per naturalibus et speciatim gratia sanctificatione, qua  
 erant habitualiter sancti ac iusti et Deo conjuncti. Quod de-  
 duci fas est, ex verbis Nōsti Joanni. 3. 44. Et in veritate non  
stetit, quia non est veritas in eo. In veritate idem est ac in  
 rectitudine, quod iustitiam generatim significat. Ergo habue-  
 rant, cum creati sunt a Deo, rectitudinem seu sanctitatem.

## De conditione Angelorum.

Angelos omnes, ut ex dictis patet, intellectu et libero arbitri-  
 o instructos, insuper illos gratia divina donatos fuisse, quae illos  
 rectos et iustos habitu ac dispositione efficiebat, atque insuper il-  
 los iustrabat et in bono adjuvabat. Hoc autem certe non alicui  
 ob rationem, quam ut Deum cognoscere et eumque tanquam sum-  
 mum Bonum revererentur ac diligerent, eique servirent,  
 donec decreto perpetuo inhaerendi ei, a quo creati sunt, ob-  
 firmati ut ait S. Gregorius M. in sanctitate ac iustitia et  
 perenni felicitate se dignos efficerent, aut vero se a Deo avul-  
 serent et perpetuae dissensionis atque miseriae sese traderent.  
 Quapropter Deusque Angelis ut hominibus tempus probatio-  
 nis assignavit. —

Jam vero multi inter Angelos probati sunt et hi Angeli boni dicuntur, quorum conditio est felicissima; multi e contra per peccatum a Deo avulsi sunt, ut ostendimus superius, qui Angeli mali vocantur, quorum status est miserimus. -

Boni igitur Angeli statum absolutae perseverantiae in bono assecuti sunt, ita, ut jam amplius labi non possint, hinc voluntas eorum bona, in naturam eorum abiit et ideo peccare etiam amplius non possunt. Visione praeterea Dei, quam intuitivam appellant, dignati sunt ex Math. 18.20 patet: „Quoniam Angeli eorum vident semper faciem Patris, qui in caelis est.” Item summa perfectionum Divinarum cognitione pollent, et ideo summo amore in Deum, summum Bonum, accendi non possunt, eum quam maxime diligunt, a quo se vicissim dilectos sciunt, atque sic ex hac perfecta cognitione atque dilectione Dei summam beatitudinem percipiunt. Hinc est, quod Angeli sancti secundum S. Litteras unice cognitione decretorum divinorum delectantur, ut 1. ep. Petri 1.12 et perpetua Dei celebratione Joan. 11.3. atque laeta voluntatis Dei executione occupantur Math. 6.10. etc... semper plene beati sunt. -

Math. 18.20.

## Ministerium Angelorum.

Ministeria Angelorum plurima sunt, sed praecipua est: ad stare ad thronum Dei ut expriment SS. Litteras, et lau-  
dare et celebrare eum ita Apocal. VII. 11. in Et omnes An-  
 geli stabant in circuitu throni et ceciderunt in conspectu  
 throni in facies suas et adoraverunt eum dicentes amen.  
 Et Is. VI. 3. in Et Seraphim stabant... et clamabant al-  
 ter ad alterum et dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus,  
 Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria  
 eius."

Dein ut jussis divinis obtemperent in iis praesertim, quae  
 ad hominum salutem spectant, si quidem omnes sunt ad  
 ministerium spiritus in ministerium missi propter  
 eos, qui haereditatem capiunt salutis, ut ait Ap<sup>l</sup>s ad Hebr.  
 "Hinc etiam pro hominibus apud Deum intercedunt et ad Hebr. 1. 14.  
 orationes Deo offerunt nostras. Sed non solum genera-  
 tim nos docet revelatio, Angelos nostram salutem pro-  
 movere, sed etiam in specie illos pro custodia hominum  
 esse destinatos, ut statim probabimus. -

## De custodia Angelorum.

Sub Angelorum custodia intelligitur, praesidium sin-  
gulis hominibus ab Angelis exhibitum ad bonum eorum  
tum spirituale tum corporale promovendum. Angeli,  
taque salutis nostrum singulorum, praecipue spiritalia,  
curam gerunt, imminerentia undique pericula pro-  
pulsare satagunt, animos ad virtutem sectandam invi-  
tant, timidos corroborant, laborantes adjuvant, lapsos  
erigunt, moerentes recreant, saecularia monita sug-  
gerunt, orantibus adsistunt, et eorum preces Deo offerunt,  
vita perfunctos post obitum excipiunt et ad beatorum se-  
des transferunt. —

Haec omnia pie credi oportet, de fide autem hoc tantum esse  
passim theologi docent, quod generatim Angeli tutelae homi-  
num praeficiuntur. Singulis autem hominibus singu-  
los angelos delegari et hoc non solum iustis et praedesti-  
natis, sed etiam peccatoribus et reprobis, singulis prae-  
terea regionibus, provinciis, regnis, Ecclesiis angelos praes-  
se, certa quidem et communis est Theologorum et S. Pa-

Arum sententia, ad fidem tamen definitam non pertinet.  
 Et re quidem vera. Assertionem hanc probant imprimis  
 verba illa, quae Psalmo 90. 11. leguntur: "Quoniam An-  
gelis suis mandavit de te: ut custodiant te in omnibus viis  
tuis." Atque Verbum Dñs ait: "Videte, ne contemnatis  
unum ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in  
caelis semper vident faciem Patris mei, qui in caelis est."

Ps. 90. 11.

Math. 18. 10.

Hinc etiam dicitur ab Angelis animas in sedes coelestes de-  
 portari. Luc. 16. 22. de paupere Lazaro. Et Jacobus lo-  
 quitur de Angelo "qui eruerit eum de cunctis malis."

Genes. 48. 16.

Item Judith 13. 20 de se loquitur, quod eam custodierit an-  
 gelus. - - -

Singulis porro hominibus singulos Angelos deputari, sa-  
 tis aperte colligitur ex verbis Verbi laudatis superius:  
"Quoniam Angeli eorum . . . vident faciem Patris." Di-  
 cit ergo Verbum Dñs "Angeli" non "Angelus" et "eorum" i.e. pro-  
 prii seu cuiuslibet addicti. Haec fides fuit quoque Judae-  
 orum et primorum etiam Christianorum, ut patet ex  
 Actis Ap<sup>l</sup>m XII. 15. ubi Rhode puellae asserenti, Petram  
 adesse et pulsare, responderunt fideles, qui convenerant

ad orationem: Angelus ejus est. De Angelo autem custode  
Patres explicant hunc locum. —

Communis autem est sententia Theologorum, peccatoribus in  
super et reprobis quoque Angelum custodem esse, qui deducunt  
hoc ex benigna Dei voluntate erga omnes et item ex eo,  
cum Patres ipsi multi non distinguunt inter fideles et  
infideles, inter justos et peccatores, inter electos et repro-  
bos, cum affirmant angelos custodes singulis adesse erga  
terram peccatoribus. —

Communis denique et certa doctrina est singulis communi-  
tatis, regnis et provinciis speciales Angelos a Deo de-  
putatos esse. Sic Exod. XIV. 19. memorantur Angeli Dei, qui  
praecedebant castra Israel apud Daniel X. commemoran-  
tur principes i. e. Angeli Persarum, Graecorum et Judaeorum.

## De cultu Angelorum.

Ex praesentia ac dignitate Angelorum, nec non ex eorum  
ad nos relatione (modo) eorundem cultus, seu eorum vene-  
ratio et invocatio consequitur. Quod Eccl. Cath. tuetur et  
frequenter; ut ex definitione Con. Nicen. II patet, ubi Sa-

tutum est; Honorare et magnificare dicimus - sanctas  
 et angelicas virtutes. Quae doctrina ex S. Litteris profluit.  
 Quae passim honorem Angelis exhibitum fuisse tradunt,  
 uti ab Abrahamo Gen. 18. 2. a Lotto 19. 1. a Balaamo  
 Num. 22. 31. a Josue 5. 13. - a Tobia 12. 16, nec non a Jo,  
 anne Apoc. 1. 4. - Invocationis quoque Ange-  
 lorum exemplum habemus in Jacobo Gen. 48. 16.  
 Cultus autem hic Angelis praestitus non est divinus seu  
 λατρεία, sed tamquam servis Dei ac amicis nostrisq;  
 benefactoribus.

## De conditione daemonum.

Quantum temporis ab Angelorum creatione ad eorum  
 lapsum fluxerit et quotnam corruerint omnino non  
 liquet. Tamen indubium est, quod statim post pecca-  
 tum suum omnes poena mulctati erant et coelesti-  
 bus sedibus ejecti. Et inde eorum status plenus est mi-  
 seria sicut illorum, qui perseverarunt plenus gaudii et



beatitudinis. Miserae autem maximae hae Sa,  
tus daemonum plures continet poenas. Prima est  
justitiae ac gratiae sanctificantis amissio, altera est  
supernaturalis beatitudinis, quae in intuitiva visi-  
one ac fruitione Dei consistit, et ad quam conditi fue-  
rant, privatio; tertia est obtenebratio quaedam intel-  
lectus, et voluntatis in malo obfirmatio sive pertinacia;  
licet haec utraque animi virtus in essentiali-  
bus neque oblata ipsis neque imminuta fuerit; non  
emiserant enim naturas cognoscendi et libere appeten-  
di vires, attamen haec cognitio eos tremore replet; quam  
per peccatum osores sanctitatis et veritatis sint ef-  
fecti. ~~Sponte~~ Sponte tua ac voluntate quidem agunt, attamen  
omnis ipsorum agendi ratio peccatum ac malum est.  
Hinc cum nulla sit res ipsorum poena aeterna est, quam  
jam a lapsu suo luunt, quae tamen adhuc denuo in-  
rogaturus sis solemniter iudex vivorum et mortuorum  
in fine hujus saeculi. Notus autem Dñs discrete docet  
ignem aeternum paratum esse diabolo et Angelis ejus.

De igne autem non omnes consentiunt Patres, qualis ille fuerit; alii enim spirituales, alii materiales esse affirmant, qui tamen proprietatem habet cruci, audi sive corpora sive spiritus et similem relationem habet ad animam, ut corpus nostrum ad eandem. Item quoad tempus poenae sensus diversitas est opinionum apud Patres.

1<sup>o</sup> Plures e veteribus censuerant non statim irFLICTAM poenam fuisse daemonibus sed ad extremum iudicium igne aeterno damnandos esse.

2<sup>o</sup> Plures item e veteribus affirmant, non omnes istos malos spiritus in tartara esse intrusos, sed partim in aere et proximis locis sedem habere.

3<sup>o</sup> Alii voluerant ex daemonibus eos, qui in tartara compulsi sunt, illic emergere atque ultro citroque commere posse, alii tandem statim poenis addictos fuisse habent. Haec sunt variae sententiae de poenis sensus ex dictis S. Patrum. Nunc tamen consensus communisque sententia est, tum statim daemones omnes poena sensus mulctatos fuisse; tum eos, qui per aera

discurrunt ac volitant, infernales Spiritus suarum  
secum ferre tormenta flammaram, ut loquitur Be-  
da veroque proinde igne cremari.

## Relatio daemorum ad mundum.

Sicuti Angeli boni bene volunt hominibus multa-  
que eis beneficia afferunt, ita Angeli mali in nostram  
perniciem conspirant nec quidquam intermittunt,  
ut nos malos et infelices efficiant. Studerit autem  
hominibus nocere, partim eos in peccatum inducendo  
seu tentando, partim corpus affligendo et malis tempo-  
ralibus vexando. Utrumque docet revelatio, et Patres  
passim affirmare non dubitarunt, ut etiam in idolol-  
atria inter homines introducenda, et in religione chri-  
stiana impugnanda et persequenda daemones suas  
partes habuisse. Tamen hic animadverti debet, quod  
hic influxus daemorum sive in animam sive in corpus  
sit, per omnia tamen divinae providentiae est sub-  
jectus. —

Sollicitatio diabolica.

Tamquam certa res ex S. Litteris apud omnes est, da-  
 ri sollicitationes diabolicas seu tentationes, quae in  
 suggestione cogitationum, sensuum aut cupiditatum  
 malarum seu quibus ad peccatum pertrahere homines  
 student et alliciunt mali spiritus ut e. gr. apparet  
 ex tentatione protoparentum, ipsius Nisi in deserto,  
 Ad diabolum refertur isem proditio, immissa in cor  
 Judae a Joanne Epulo atque Ananiae et Saphi-  
 rae, ut S. Petrus ait: — Porro Nihilus Dns docet, dia-  
 bolum esse, qui seminat zizaniam, qui expetivit Apo-  
 stolos, ut tribraret eos sicut triticum. Paulus ad-  
 monet, ut induamus arma, ut possimus stare adver-  
 sus insidias diaboli. Petrus pari modo nos hortatur,  
 ut sobrii simus et vigilemus, quia adversarius diabo-  
 lus tamquam leo rugiens circuit, quaerens, quem deu-  
 vorat etc. ...

Licet autem dentur tentationes diabolicae, non tamen i-  
 deo infestationes ipsorum justo plus timeamus oportet, aut

Nota:

multo minus animum abiciamus, aut peccata in illorum refundentes excusemus. Nam Dominus dicitur diabolum et dedit nobis arma adversum ejus tentationes, qualis est charitas Dei, status gratiae, oratio, et Deus non permittit nos supra vires tentare. -

### Obsessiones daemoniacae.

Sed non tantum tentationibus nobis daemones nocere student, verum etiam, ex permissu divino, malis phisicis homines vexando, ac plene eosdem obsidendo et possidendo, i.e. corpora illorum intrando (ac plene eosdem obsidendo et possidendo) et inhabitando, variaque in iis efficiendo, quae vires humanas superant. -

Sed relate ad obsessiones daemoniacas duo extrema vitanda veniunt. Multorum enim ignorantia, superstitione ceu malitia per saepe factum est, ut daemoniacorum numerus temere et falso auctus est, multi que ut obsessi ex levibus conjecturis habiti sunt. Recentiori

bus autem temporibus multi ut superstitiosam populi  
 opinionem effugerent in oppositum errorem prolapsi sunt,  
 obsessiones existentiam penitus negantes. Sed tamen omnino  
 affirmandum est dari obsessos vere a diabolo. Quod enim  
 causa malorum physicorum daemones esse possent, appa-  
 ret ex eo, quod in libro Job expresse legitur, Deum nempe  
potestatem satanae concessisse viro sancto nocendi, et  
in P. N. libris de talibus saepe sermo. Quod autem  
 pertinet ad obsessiones daemoniacas; illas possibiles esse,  
 et tempore Christi reversa obtinuisse, jam evangelica historia  
 nos dubitare non sinit. Ita Marci: "Surde et mute spi-  
ritus, ego praecipio tibi, exi ab eo, et amplius introcas  
in eum." In interrogantibus vero discipulis cur hominem  
 illum sanare nequiverint, respondit Jesus v. 28.: "Hoc ge-  
nus [daemoniorum] in nullo potest exire, nisi in oratione  
et jejunio. Item Christus aegrorum sanationem distinguit sem-  
 per ab ejectione daemoniorum, et haec vocat Spiritus  
 immundos. Porro daemonia in S. S. Litteris dicuntur: vide,  
 re, audire, loqui, clamare, Christum cognoscere et confiteri, ipsam

Marc. 9. 29.

supplicare, ex hominibus exire, porcos invadere etc....  
Imo ne putet aliquis dñm se accommodasse opinioni po-  
puli, habemus et testimonia dñi ipsius de certis priva-  
tim Apłs suos de obsessiōe Luc. 10. 18, quum septuaginta  
discipuli reversi gaudebant et narrabant dño, quid  
daemonia ipsis subjiuntur, respondit: „Videbam satan,  
nam sicut fulgur de caelo cadentem... Verum tamen in hoc  
nolite gaudere, quia spiritus vobis subjiuntur.” Etiam ea,  
dem dicenda sunt de Apłs ipsis, qui dñi evangelium pra-  
dicarunt, ut S. Apłs Act: 16. 16. : „Spiritum Pythonem de  
puella eiecit etc... Et idem Patres Ecclae omnino ser-  
vant, ut videre est apud Tertullianum, quae in sua apo-  
logia n. 28. de Christianorum potestate super daemonia re-  
fert. Hoc pertinent utriusque Ecclae graecae et latinae  
exorcismi et ordo exorcistarum. Eandemque potestatem  
non denegarunt Christiani etiam pagani, sed tantum  
magiae a Christianis exercitae adscribunt, ut Celsus a-  
pud Originem, ita Porphyrius et Julianus Apostata.

Luc. 10. 18.

Nota:

Ex his autem patet merito contra superstitiosa cum  
daemone commercia leges ab Ecclā statutas fuisse, cum com-

munis sit sententia, quae docet dari commercii existen-  
 tiam, quae nitatur pacto sive expresso sive tacito cum  
 daemone e. gr. divinationes, sortilegia, incantationes alia,  
 que huiusmodi. Notandum adhuc est, quod licet non defen-  
 datur ars magica propriè dicta nec negare plures hac in-  
 re dari illusiones, imo ut noxiam reprobendam esse  
 nimiam in his crudelitatem, tamen admitti omnino de-  
 bet realis existentia istius diabolici commercii et licet  
 cum circumspectione hac in re procedendum sit, tamen  
 omnia commercia esse affirmari nequit, ut ex dictis pa-  
 tet. ~ ~



P<sup>o</sup> curs<sup>o</sup> quarta

De homine. -

38 k. deo ai do peccatum orig.

9 ark. r

## Momentum ac divisio.

Duo sunt creaturarum a Deo generalium rerum, quarum aliud illa complectitur, quae corporea spectabilia sunt, aliud alia, quae spiritalia et corporis expertia. Ad primum pertinet mundus, ad alterum pertinent Angeli. Inter haec medium est ac tertium quoddam genus eorum scilicet, quae et corpore pollent et spiritu insuper constant, ad quod genus homines referendi sunt. De mundo et Angelis haecenus satis disputavimus, de homine ergo modo quaestio pertractanda nobis occurrit. Qua in quaestione imprimis agemus de hominis creatione 2<sup>o</sup> de ejus conditione in hac vita, quae est ante lapsum et post lapsum reparatum, sive de statu tendentiae et viae, atque 3<sup>o</sup> de ejus conditione post mortem, aliqua brevissime inuenimus.

## De naturae humanae creatione.

Quoad originem naturae humanae revelatio divina tradit, in initio rerum, Deum duos homines, Adamum et Evam; et

quidem non tantum quoad animam sed et quoad corpus  
immediate creasse, atque ab his universum genus humanum ori-  
tum ducere. Cui Doctrinae duo praecipui errores adversan-  
tur. Primus eorum est, qui negant, a Deo creatum fuisse ho-  
minem <sup>scilicet</sup> immediate, et putant, vel ex ovo vel ex terrae hu-  
miditate seu <sup>putredine vel etiam</sup> ab ipso terrae limo hominem educum fuisse.  
Hunc errorem in ter alios professus est Buffonius, cuius sen-  
tentia fuit, hominem productum esse ex particulis organisa-  
tricibus <sup>seu putredine</sup> vel in vegetativa terrae et hunc errorem defendunt  
quoque increduli saeculi elapsi quae ridicula quaeque com-  
miniscuntur ut inficiuntur, quae Moyses in libro Genesios  
profert. Hic quoque error est hodiernorum Rationalistarum,  
qui narrationem Moysis velut purum mythum habendum et  
Moysen purum mythographum putant. Praeter hunc erro-  
rem, qui respicit creationem hominis, alius est duplex error  
advertendus scilicet Coadamitarum et Proadamitarum.  
Coadamitae sunt, qui existimant, non omnes homines ab uno  
eodemque stipite natos fuisse, sed unamquamque terram suos  
habuisse aborigines, ex quibus reliqui dimanaverunt, ita  
ut specie differant homines inter se. Huius Systematis

praefatus fuit impiissimus Julianus Apostata. - Conjun-  
gendum huic systemati est systema Praeadamitarum, qui pu-  
tant plures a Deo et per varia intervalla creatos fuisse homi-  
nes. Inter hos collocandus est etiam Jordanus Brunus Domini-  
canus, qui contendit ex l. II Esdrae c. 6. quod non omnes ho-  
mines eundem habere protoparentem, sed Judaei ab Ada-  
mo, alii ab Henocho et Leviathan descendisse. Hoc syste-  
ma defendit quoque Joannes Pejrerius Calvinianus  
anno 1615 ino argumentis illud fulsi quod Brunus dixit,  
rat et edidit ad hoc speciale opus.

His praestitutis historice de erroribus nunc opportunis  
argumentis refellendi sunt isti errores, cum vero dup-  
plex sit hostium classis, duplici ergo argumentorum generi  
propositio probanda veritas, nempe contra Buffonium,  
incredulos saeculi epasii et Rationalistas ostendendum  
est, a Deo genus humanum immediate conditum fuisse,  
et quidem non solum quoad animam, sed etiam quoad corpus.  
Et 2) contra Praeadamitas et Coadamitas, quod ex hisce du-  
obus nempe Adamo et Eva totum humanum genus pro-  
dierit. - Anima advertendum tamen est, quod cum con-

Ara recensitas adversarios defendimus, hominem im-  
mediate a Deo fuisse creatum, nolumus impugnare o-  
pinionem Scholasticorum, qui putant, hominem a Deo  
plasmatum fuisse ministerio Angelorum, sed tantum il-  
lorum errores rejicimus omnino, qui dicunt, ex cau-  
sa naturali quacunque hominem prodixisse. Et his praec-  
latis quoad

1.) partem jam luculentissima praesto nobis sunt argu-  
menta, quae Moyses refert in libro Gen. ut omnis dif-  
ficultas refellatur. Et sane Cap. 2 quod Adam attinet  
evidenter patet, totum creatum fuisse immediate a  
Deo; dicitur etenim ibi: "Formavit Deus hominem de  
limo terrae, et inspiravit in faciem ejus spiraculum  
vitae, et factus est homo in unicum viventem." Ex hoc  
igitur textu patet creatio corporis et animi, totius scilicet  
licet suppositi creatio evincitur. —

Quoad Evam eodem cap. 2. 1. legitur: "Immisit Dominus so-  
porem in Adam: cumque obdormisset, tulit unam de co-  
stis ejus et replevit carnem pro ea. Et aedificavit eam  
in mulierem." Ex hoc textu patet, quod si haec ver-

Gen. 1. 2.

Cap. 2. v. 21.  
Gen.

ba historice et literaliter assumantur, manifeste coinci-  
tur hominem Adam et Evam a Deo immediate conditos  
esse, jam vero haec verba alio modo praeter literalem et hi-  
storicum sumi prorsus nequeunt ut contextus et sensus  
traditionis Hebraeorum aliorumque librorum sacr. te-  
stimonio sistunt, ergo hominum genus a Deo immediate  
prodit et non e terra vel ex ovo etc. ...

In eandem porro doctrinam conspirant quoque S. Patres  
atque Ecclia universalis, quae solemni quoque judicio tam-  
quam divinitus illam revelatam, et sic talem a fide-  
li- bus credendam prop. osuit, et quidem jam implicite in Con-  
cilio Nicaeno et Constantinopolitano **I.** : " Credo in unum  
Deum (creatorem), factorem caeli et terrae, visibilium et  
invisibilium. " Explicite eadem in Concilio Lateran. **IV.**  
" Firmiter credimus et simpliciter confitemur..... unum  
universorum principium, creatorem omnium invisibi-  
lium et visibilium, spiritualium et corporalium, qui  
sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque  
de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem,  
angelicam videlicet et mundanam, ac deinde humanam,

Universi gene,  
ris humani ab  
Adamo origo.

2.

quasi communem, ex spiritu et corpore constitutam.  
Sed quemadmodum evictum est, Deum, quam primum  
naturam procreasset, duos homines, Adamum et Evam,  
condidisse, quos terrarum orbem prole sua replere ju-  
sit; ita etiam non minus certum est, omnes omnino ho-  
mines, qui in singulis latissimi orbis regionibus inveni-  
untur, a primo illo hominum pari originem habere, et,  
que neque quemquam ante Adamum, neque cum Ada-  
mo a Deo creatum fuisse, seu neque Praeadamitas neque  
Coadamitas existisse, sed unum a Deo hominem esse crea-  
tum, a quo totum genus hominum, ut diximus, ortum tra-  
xit. Sic autem breviter Praeadamitas 1) aggrediar:  
1) Certe ab eorum systemate omnino recedendum est, si  
SS. Scripturae nobis exhibent Adam et Evam ut primos  
homines, a quibus reliqui processerunt. Jam vero ita de-  
cent SS. Litterae: Et Sane Genes. I postquam retule-  
rit Moyses creatos fuisse omnes res aspectabiles, quae  
primo a Deo conditae fuerunt ita v. 26 et seq. subjun-  
git: "Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem  
nostram; et praesit piscibus maris, omnique reptili, qd

Gen. v. 26 et seq.

movetur in terra. Et creavit Deus hominem ad imaginem  
 suam: ad imaginem Dei creavit illum, masculum, et foem-  
 inam creavit eos, benedixitque illis Deus et ait: crescite  
 et multiplicamini et replete terram. Porro hujus  
 hominis, cujus creationem refert e. I et II. in. cap. quoque II  
 nomen exhibet, cum eum Adam nomine item mulieris  
 illamque Evam dictam affirmat, quia mater omnium vi-  
 ventium esset c. III v. 20. Accedit huic argumento etiam hoc  
 quo omnino excluditur hypothesis Praeadamitarum et Co-  
 adamitarum, nam si plures homines ante Adam aut cum  
 Adam creati fuissent, non esset necessarium suscitare rur-  
 sus homines de limo terrae uti factum videmus c. II et neq-  
 ue ut Eva e costa Adami.

Rursus idem comprobant quoque alia plurima loca S. Littere-  
 rarum, praesertim eadem ille locus, qui est Gen. II. 5. in "Et  
 homo non erat, qui operaretur terram", et Abelae non inve-  
 niebatur adjutor similis ejus, et v. 20 et v. 10: Non est ho-  
 num esse hominem solum: faciamus ei adjutorium simile  
 sibi." Non existit itaque ante Adamum, neque cum A-  
 damo quisquam ante Evam creatam, sed ipse erat primus

Gen. II. 5.

Gen. 2. 18.



etque solus, aliter falsa essent omnia loca superius cita-  
ta.

Sap. 10. 1.

Hypothesim tandem Praedarnitarum et Locadarnitarum  
excludunt quoque alia loca S. Litt. Ita illa Sap: „ Haec

Sapientia/ illum, qui primus formatus est a Deo, pa-  
ter orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit.  
Et in N. T. Christus, cum Pharisaeis disputans, ait:

Math. 19. 4.

„ Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculinum  
et foeminam fecit eos. “ Et hinc Apłs nacta occasione in

Act. 17. 26.

Arcopago disputandi idem affirmat, ut legitur Actor: „ Fe-  
citque Deus/ ea uno genus humanum inhabitare super u-  
niversam faciem terrae. “ Quomodo autem hoc fieri potuisset,

1. ad Cor. 15. 22.  
v. 45-47.

si alter Judaeorum parens alter Gentilium fuisset? Pau-  
lus S. Litterae saepe dicunt, Adamum primum fuisse mo-  
taliem, antequam ullus alius existerit. Ita 1. Cor: „ Fac-

tus est primus homo Adam in animam viventem, novis-  
simus Adam in Spiritum vivificantem. “ Primus homo

de terra terrenus. Et tandem Adam perhibetur in S. Litt.  
ut parens quoque gentilium Ps. 48: „ Audite haec omnes

Ps. 48.

gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem, quiq-

terrigenae et filii hominum" et in textu hebraeo: "et fili-  
 lii Adae." Ita quoque universalis Ecclia tradidit semper  
 et retinet, etque huius veritati innititur dogma de pro-  
 pagatione peccati originalis in omnes homines ab uno  
 Adam. . . . .

## De naturae humanae partibus.

Hominem ex anima et corpore consistere, omnes consentiunt,  
 uno id ad expressa Eccliae dogmata pertinet, ut patet ex va-  
 riis Conciliorum definitionibus, praesertim vero Conc. Chal-  
 cedonensi, Constantinopolitano II: et Conc. Viennensi et  
 Lateranensi IV et V.

At si ulterius quaeritur, utrum ex his solis duabus par-  
 tibus compositus sit homo, an vero ex pluribus: diversae inter  
 doctos usque ad recentissima tempora vigeant sententiae.  
 Alii enim affirmabant, duabus tantum ex partibus consistere  
 hominem, nempe animam rationalem et corpore organico,  
 alii vero animam rationalem, vel animum seu spiritum  
 ab anima sensuali, quae corpus vivum reddat, atque ani-

mae prorsus bestiarum similis sit, distinguendæ, tres ho-  
minis partes, videlicet corpus, animam et animum seu spi-  
ritum  $\psi\upsilon\chi\eta$ ,  $\pi\upsilon\epsilon\delta\mu\alpha$  assumebant. Quam ani-  
mam alii dicebant omnino distinctam seu re differre a  
corpore, alii autem vim esse ipsius corporis affirmabant.  
Communis tamen sententia et omnino retinenda est illa pri-  
ma, scilicet hominem e corpore et anima rationali constare,  
cum illa a S. Litteris non obscure tradatur et a Patribus  
saltem longe pluribus defendatur et ab Ecclæ magis approbetur.  
Hinc igitur demonstramus: hominem constare ex anima  
rationali et corpore organico ita autem, ut simul ostendi-  
mus, animam rationalem esse quidem a corpore substan-  
tiâ distinctam, attamen ipsam esse, qua corpus, utpote  
proprio principio vitali destitutum, animetur ac vivificetur,  
seu, ut Theologi ajunt, et eum ips. Ecclæ informetur.

Et sane idem S. Litterae ostendant manifeste. Sic id jam  
verbis Moysis significatur Gen: "Formavit igitur Domi-  
nus Deus hominem de limo terrae, et inspiravit in faciem e-  
jus spiraculum vitae, et factus est homo in animam viven-  
tem." Ergo ex eo tantum homo vivere coepit, quia Deus inde,

dit illi animam viventem. Item Ecclesiastes: „Memento  
Creatoris tui in diebus iuventutis, antequam — reverta-  
tur pulvis in terram suam, unde erat, et spiritus redeat ad  
Deum, qui dedit illum.”

Eccel. 22. 7.

Et in N. T. apud S. Mattheum legimus: „Nolite timere eos,  
qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere;  
sed potius timete eum, qui potest et animam,  $\psi\upsilon\chi\eta$ , et corpus  
perdere in gehennam.” Et S. Apłs. Act: 20. 10: „Nolite tur-

Mattha. 10. 28.

bari anima  $\psi\upsilon\chi\eta$  enim ipseus in ipso est.” Et Jacobus: „  
Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides  
sine operibus mortua est.” Ergo ubique liquet duppliciter par-  
te consistere hominem et animam nempe haecque rationali atque  
corpore organico.

Jacobus Apłs.  
Act: 20. 10.

Jacob. 2. 26.

Quod idem jam evidens quoque est ex sensu Ecclae in Concilio ma-  
nifestato, ut Conc. Lateran. IV: „Ac deinde humanam, quae  
communem ex spiritu et corpore constantem.” Item quod homo su-  
lis ex his partibus duabus consistet et condemnationis erroris  
Apollinaris in Conc. Ephes. et Chalcedonensi, quae innu-  
unt, hominem tantum ex anima rationali et corpore organi-  
co consistere. Item Constantinop. III. 680 et Constantinop. II.  
869. Unam animam rationalem et intellectualem habere ho-

Pius IX. a. 1857.

minem affirmat item Conc. Viennense a. 1311., Lateranense V. 1513. - Et tandem declaratio Pii IX S. P. in litteris ad Cardinalem de Geissel 15 Junii a. 1857. 2a.,  
tis contra opus Güntheri habet: "Noscimus in eodem libro  
laedi Catholicam sententiam ac doctrinam de homine, qui cor-  
pore et anima ita absolatur, ut anima, eaque rationalis  
lis sit vera, per se, atque immediata corporis forma".  
Et eodem modo Concl. Viennense.

Ex his ergo apparet juxta doctrinam revelatam, ratione ipsa  
ad stipulante, non tantum hominem animam rationalem et  
corpore consistere, sed et animam rationalem esse, qua corpus  
non solum animal rationale existat, sed et proprietate prin-  
cipio destitutum, vivat et operetur.

### De animae humanae simplicitate s. Spiritualitate

Distinctio animam inter et corpus in hoc reponenda est, quod  
illa spiritualis sit i. e. simplex et immortalis, hoc autem  
materiale seu compositum et mortale.

Animae spiritualitatem denegant Materialistae, qui in

hil nisi materiam in nobis esse contendunt, atque Pantheistae,  
qui animam saltem deo substantiam simplicem ac a corpore  
diversam haud admittunt.

Attamen contra hos est definitio Conc. Lateran. IV. saepissime  
laudata, in qua asseritur: "humanam naturam esse quasi  
communem ex spiritu et corpore constantem."

Idem autem et SS. Litterae affirmant uti legenti cuicumque  
patet, loca, in quibus animam sexcentis spiritum  
vocat, distinguunt eam et opponens corpori atque materiae  
nec non compositis objectis. — Imprimis eadem praeclearus est

locus in Eccles. 12. 7.: "Et revertatur pulvis in terram, unde  
erat, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum."

Eccles. 12. 7.

Et Apostolus 1. Cor.: "Quis hominum scit, quae sunt hominis, nisi spi-  
ritus hominis, qui in ipso est?" Et Notus Dñs ipse Mathe: "No-

1. Cor. 2. 11.

lite timere eum, qui occidunt corpus, animam autem non pot-  
sunt occidere, sed potius timete eum, qui potest et animam  
et corpus perdere in gehennam," quibus declarat, animam  
interfici non posse, sed posse condemnari. r.

Mathe. 10. 28.

Anima humana est Spiritus et quidem immortalis,  
talis ut libera voluntate praeditus.

Adversus hanc veritatem insurrexerunt Materialistae et  
Pantheistae.

Sed contra est, quod statuit adversus innovatores erroris huius  
saeculi 16<sup>ti</sup>, Concil. Lateranense V. a. 1512, quod praesentibus  
habet fidem Ecclesiae universalis in symbolo expressam: „Cre-  
do in vitam aeternam” solemniter decrevit: „Damnamus et re-  
probamus omnes asserentes, animam intellectivam mortalem  
esse.” Quam definitionem suam statim confirmat testimo-  
niis S. Litterarum Math. X. 28; Joann. XII. 25. — Nempe  
in 1<sup>o</sup> loco adducit verba Domini: „Animam non possunt  
occidere; et in 2<sup>o</sup>: „qui odit animam suam in hoc  
mundo, in vitam aeternam custodit eam.” —

Math. 10. 28

Joann. 12. 25.

Huc addi possunt plura alia testimonia tam N. quam etiam  
V. T. — Ita factum illud tempore transfigurationis, quae in  
occasione viderunt discipuli Moysen et Eliam, huc perti-  
nent plures parabolae de vita felici aut infelici post mor-  
tem corporis, ut illa est de Lazaro paupere et epulone,  
de latrone bono in cruce pendente, et aliae expressae te-

Simonia de vita aeterna. -

Quod autem spectat ad V. T. etiam in his libris inveniuntur  
satis certa indicia fidei in immortalitatem animae. No-  
minatur enim vita terrestriū peregrinatio; terra locus pere-  
grinationis, et morientes dicuntur ad patres ire in pace, col-  
ligi ad Patres suos, ire in pace ad populum suum, descendere  
in infernum viventes &c. &c. -

Quod et ratio ipsa confirmat ex eo, quod anima est simplex  
et ex desiderio indito perfectionis ac verae felicitatis asse-  
quendae, quod a Deo certe inditum cum sit, frustrari nequit. -

Quoad vero ad libertatem spectat, hanc esse omnino a-  
nimae nostrae essentialem proprietatem, tum ratio, tum  
ipse sensus internus hominis evidenter demonstrat. Omni-  
enim intelligenti naturae inest liberum arbitrium. Idem  
primum autem et revelatio ostendit.

Nam Gen. IV. 7; <sup>primo</sup> lexico evidenter libertatem agendi volunta-  
rie et libere tribuit Deus dicens: "Nonne si bene egeris reci-  
pies, si in autem male, factum in foribus peccatum aderit?"

Gen. IV. 7.

Sed sub te erit appetitus <sup>(ejus)</sup> tuus, et tu dominaberis illius."

On. N. T. idem edocemur, nam leges, praecepta, praemiorum  
distributio et poenarum omnino libertatem supponunt. &c.



## De animae origine.

Certum est et ab omnibus admissum, corpus nostrum a parentibus generari, quomodo illud saltem mediate a Deo referendum sit. Verum si quaestio movetur: qua ratione animae oriatur et corpori uniat, haud una est omnium sententia.

1. Nonnulli enim putarunt, animas jam existere, antequam corpora formarentur, illasque his uniri, dum prius jam vitam tam duxissent. Alii propugnant sicut corpora ita etiam animas a parentibus per naturalem generationem produci. Alii denique dicunt, animas immediate a Deo creari, et corporibus in materno utero formatis uniri. Prima sententia vocari solet "Praeexistentiarius", secunda "Traducianus", tertia "Creationarius". Ex dicendis jam apparebit, utrum prioribus sententias rejiciendas esse, tertiam vero rectissime pro vera et certa haberi. —

## De Praeexistentiarianismo.

Praeexistentiarianismus est error eorum, qui dicunt omnes animas ab initio mundi fuisse creatas et in poenam peccato,

rum, quae vitam sine corpore agentes commiserunt, fuisse  
 in corpora tamquam in tot carceres detrusas. Hanc sententiam  
 tenuit jam Plato. Inter Judaeos eandem propugnavit Philo Ju-  
 daeus cum Essenis. Inter Christianos autem <sup>Stoici</sup> Gnostici ac Pri-  
 scillianistae. Et inter Patres Origines quam tamen haesi-  
 tanter tantum proponere videtur. —

Gnostici tamen et Manichaei post Stoicos adhuc ulterius con-  
 tendebant animas esse particulas divinae substantiae a Deo  
 mirabiliter inspiratas nobis hinc quartum systema seu  
 emanationum potius defendebant. At falsa est haec utra-  
 que sententia, etenim quod ad emanationum spectat, hic ab-  
 surdum est ex eo vel vincitur, quoniam Deus natura sua est  
 ens necessarium, infinite perfectum, et simplicissimum,  
 anima vero est contingens et limitata omnino et hinc me-  
 rito haec opinio etiam in Concilio Bracarenſi a. 563. et a Le-  
 one M. rejecta est. Quoad autem Praeexistenti-  
 am stricto sensu, sive illum, qui ait, animas omnes ex nihilo crea-  
 tas esse tempore, quo Angeli creati sunt et ob peccatum in hoc  
 statu commissum in corporibus includi, sive illum, qui ani-  
 mas humanas licet cum Angelis creatas dicat, quae tamen non

propter peccatum aliquod corporibus nascentium includan-  
tur, sed in ea divinitus immittantur, aut sponte laban-  
tur, omnino falsum esse, tam ex verbis Genes eos, ubi sermo  
est de creatione primi hominis, sive etiam ea propriae con-  
scientiae sensu constat, hoc enim utique anima ipsa si,  
bi recorderetur de statu suo antecedenti. SS. autem Litterae  
imprimis nobis testantur, Deum primum hominem cre-  
asse eo modo, quatenus ei corpus e limo formaret et deinde  
inspiraret animam. Et tandem tale systema ut absurdum  
rejiendum est ex doctrina revelata constat, quae nempe ex-  
presse affirmat, homines antequam nascerentur nihil boni  
nihil mali egisse ad Rom. IX. II. etc. Item haec sententia  
in Origine ab Ecclia in Concilio Barcasensi et Constantino,  
politano II. condemnata est.

### De Traducianismo s. Generationismo.

Si certum est, animam corpori non praeesistere, necessarium  
infertur, illam cum corpore oriri. Si autem quaeritur, quo  
modo oriatur? duplex pro responsione sententia proponi so-  
let. Nonnulli enim putant, animam non minus quam cor

pus a parentibus per generationem produci, horum  
 sententia dicta est Traducianismus vel aptius Generatio-  
 nis mus. Alii vero contendunt, animam immediate a Deo  
 ex nihilo creari et corpori uniri vel dum hoc ad operationes  
 vitales aptum est, uti veteribus placuit, vel in ipsa ejusdem  
 conceptione, quod recentioribus magis probatur, istorum  
 sententia nomine Creationismi indignari solet. Sed etiam  
 inter illos, qui Traducianismum adeptant, modo duplex  
 sententia probe distinguenda est: nonnulli enim ipsi se-  
 mini materiali sicut corporis ita et animae productionem  
 adscribunt, unde Generationismus dicitur, alii autem af-  
 firmant, Spiritum a Spiritu produci atque ideo parenti-  
 bus, qui ex anima et corpore consistant praeter semen ma-  
 teriale etiam semen spirituale attribuunt, ex quo anima  
 originem ducat. De hoc errore immerito Tertullianus acci-  
 satur, qui Generationismum crassiorum propugnat cum  
 materiali generatione animas produci ait in libro de a-  
 nima c. 19. item Apollinariidae omnes.

Sed falsa est utriusque Traducianismi sententia. Etenim 1<sup>o</sup>  
 1<sup>o</sup> anima spiritualis est non ergo per generationem materia-

lem produci potest.

2<sup>o</sup> In hac suppositione statuendum omnino esset, sicut  
2. to ob corpus ex parentibus acceptum totum genus hu-  
manum non est, nisi unus corporalis Adam, ita etiam  
quoad animam unum essent aliquo modo cum anima  
Adami, ac propterea anima Adami una eademque es-  
set omnibus vitæ principium. Hoc autem expressè a Con-  
cilio Lateran. IV. damnatur: "Damasianus omnes essen-  
tes, animam intellectivam mortalem esse, aut unicam  
in cunctis hominibus."

3<sup>o</sup> Sententia hæc opponitur veritatibus S. Litterarum  
cum ajunt, quod cuncta, quæ Deus fecerat, bona erant  
et recta hominem, anima vero per generationem indi-  
ta esset ab Adamo post peccatum tracta ideoque culpa  
originalis esset nobis quoque, personalis sicut et Adamo  
est. ~

## De Creationismo.

Anima a Deo creatur et corpori unitur vel dum hoc suf-  
ficienter dispositum est ad functiones vitales, vel quod re,

centioribus probabilius videtur, cum in ipso conceptionis momento. Haec sententia tum S. Scripturae, tum S. Patrum traditioni tum sanae rationi maxime conformis est.

1<sup>o</sup> S. scriptura non obscure id indicat, cum ait Gen. II. Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae. Item Deus auctor et conditor Spirituum dicitur et pater Spirituum sicut homines carnis ut Num. XVII. 22. XVIII. 16. Et Zacharias dicitur: "Dominus est, qui finget spiritum hominis in eo."

Gen. II. 7.

Luch. 12. 1.

2<sup>o</sup> Licet Patres nonnulli occidentis dicuntur Traducianismo addicti, tamen longe major pars docet, Deum perpetuo animas humanas creare, quam et Concl. Lateran. V. et Viennense propugnant.

3<sup>o</sup> Tandem ipsa sana ratio id confirmat, etenim anima spiritalis et simplex est ergo a materia produci nequit, dein anima talis a materia producta absque materia non posset existerere, sed contrarium ex immortalitate animae apparet. -

## De hominis destinatione s. fine.

Si quaeramus, quinam finis homini praestitutus sit, reve-  
ratio, omnes nostras vires ac facultates, earumque mutua  
relationem respiciens, cui et ratio ipsa assentit, docet: ho-  
minem esse creatum, ut Deum cognoscat, reveratur ac  
diligat, (atque) confidens suo auxilio divino, ipsius volun-  
tatem perficiat et sic se felicitate respondente dignum  
reddat.

Et ne quidem vera, dissertis enim verbis haec ad finem no-  
strum pertinere, declarant S. Litterae. Ita N. S. D. N. S.

Marc: XII. 15

Marc: "Euntes in mundum universum praedicate Evan-  
gelium omni creaturae. Qui crediderit, et baptizatus fue-  
rit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur." Et

Joan. 17. 3

Joanne: "Haec est aeterna vita: Ut cognoscant  
te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum."

ep. 1. ad Tim. 2. 4

Et ep. I ad Tim.: "Deus omnes homines vult salvos fieri, et  
ad agnitionem veritatis venire." Et ad Hebr. acor. 3. "Sine fide

ad Hebr. 11. 6.

autem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet ac-  
cedentem ad Deum, quia est, et /quod/ inquirentibus se remunerat-  
or sit." —

Quoad dilectionem Dei, patet ex Math: „Diligēs Dominum De-  
um tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota  
mente tua.” Et Math.: „Sic luceat lux vestra coram homini-  
bus; ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem ve-  
strum, qui in caelis est.” Et ad Rom: „Non enim auditores le-  
gis iusti sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.”  
 Denique etiam ad felicitatē nostram, ut 1. Joan.: „Charissi-

Math. 22. 37.

Math. 5. 16.

1. Joan. 3. 2.

mi nunc filii Dei sumus; et nondum apparuit, quid erimus.  
Scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoni-  
am videbimus eum, sicut est.” Et S. Apostolus 1 ad. Corinthi:

1. ad Corinth. 13. 12.

„Videmus nunc per speculum in aenigmate: tunc autem fa-  
cie ad faciem.”

In hac autem visione intuitiva summa beatitudo et felici-  
 tas maxima consistit.

### De hominis praestantia et excellentia.

Hominem summa praestantia et excellentia a Deo esse ornatam,  
 non est, cur multū probemus. Ipsa enim corporis constructio  
 hominem prae cunctis reliquis animantibus insignem facit. Et  
 multo magis si dotēs animae consideremus, ex quibus eius digni-



tus prae ceteris elucet. Homo intellectu praeditus altissima  
cognitione sibi comparare potest et ingenio suo perspicaci ve-  
luti toto mundo dominatur, ratione, qua potest ad cognitio-  
nem ipsius Dei, ejusque operum et sanctissimae voluntatis ad-  
surgit. Accedunt huic dotibus, per naturam nobis concessis,  
multo majores, quae sunt divina revelatio, nostrae per Christi-  
sum redemptionis atque sanctificationis, qua Dei filii nostri fra-  
tres ejusdemque cohaerentes, templa Dei vivi et Spiritus S. sum-  
us. Inter omnia autem considerata nihil tam hominis digni-  
tatem ostendit, sicut finis sublimis, ad quem ordinatur. Fac-  
tus est enim homo, ut vidimus, ad cognoscendum et colendum De-  
um, cui servire regnare est. Et in quale excellentius objectum  
homo facultates suas dirigere potest, quam in Deum, verita-  
tem primam, sanctitatem summam, bonum infinitum. Et  
in hac vita vera mentis tranquillitas extra Deum inveniri ne-  
quit, ut ait S. Augustinus l. 1. Conf. c. 1. : Crescit hominis di-  
gnitas si consideremus, cum ad aeternam Dei visionem et fru-  
tionem destinari, ex qua talis beatitudo exurgit, qua major cog-  
itari nequit.

Haec hominis praesentia ac dignitas jam singulari ac solemn-

modo significatur, quo Deus hominem creavit, non simplici verbo "fiat", sed quasi deliberato consilio dicens: "Faciemus hominem"; praecipue autem, quod homo ad imaginem et similitudinem Dei factus dicitur, cui propterea omnia in terris subiciuntur.

De imagine divina homini impressa.

*Nota:*

Homo dicitur a Deo ad imaginem et similitudinem creatus. Gen. 1. 26. "Faciemus hominem etc. . . ." Item Gen. 6. et Sap. II. 23. etc. . . .

In his S. Scripturae locis non obscure innotuit duplex privi- legium esse homini concessum, qui tum ad imaginem, tum ad si- militudinem Dei creatus dicitur. Quoniam autem S. Scriptu- ra distinctionem istam haud satis declarat, recurrendum est ad Traditionem, quae est linea, juxta quam S. Scripturam exponere oportet. Ex Traditione vero cognoscimus per imaginem facultates et praerogativas animae naturales, per similitudinem autem virtutes et dotes animae supernaturales intelligendas esse. Haec enim ex Patrum Traditione erui posse, patet ex Bellarmi- no. Hinc est, quod Theologi duplicem imaginem divinam in homi- ne distinguunt, nimirum naturalem et supernaturalem, quorum

1<sup>a</sup> in facultatibus et praerogativis hominis naturalibus con-  
sistit, 2<sup>a</sup> altera sita est in gratia et sanctificatione hominis, qua ipse  
condors fit naturae divinae.

Utramque propius considerare oportet.

1<sup>o</sup> Homo a benignissimo suo creatore tales facultates natu-  
rales accepit, quibus ceteris rebus terrestribus, uti vidimus, longe  
antecegit et imago Dei omni jure dicitur.

Primario haec imago Dei naturalis sita est in mente hominis, sive  
in eo, quod sit naturae intelligentis, per rationem enim, memo-  
riam et intellectum homo maxime refert Deum illique prae-  
ceteris creaturis simillimus est. Ita Clem. Alex. Gregor. Nys.  
et Nazianz, Ambrosius, Augustinus. —

2<sup>o</sup> multi Patres imaginem Dei naturalem, quam refert ho-  
mo, in libero arbitrio reperiunt, quod intellectum seu ratio-  
nem supponit et alteram naturae spiritualis praerogativam  
constituit. Tertullianus, Ambrosius, Gregorius Nys. Hiero-  
nymus, Cyrill. Alex. Damasc. Bernard. —

3<sup>o</sup> Nonnulli Patres rationi et libero arbitrio seu intellectui et  
voluntati etiam memoriam adjungunt et in his tribus natu-

ralibus animae facultatibus imaginem S. Trinitatis admirantur. S. Ambrosius, Augustinus. —

42 A S. Patribus imago divina constituitur in imperio Domini, natuque, quem in animalia ac terrarum orbem universum homini Deus concessit. Gregorius Nyss. Chrysostomus. —

Quoad imaginem supernaturalem hoc praecipue notandum est, quod homo a Deo eam inditam sibi habet, ut haec eum ad beatitudinem supernaturalem elevetur. Imago enim divina supernaturalis consistit in gratia sanctificante, per quam homo Deo acceptus et similis redditur et quae est primaria et maxime necessaria conditio, ut homo liber supernaturaliter bene agere possit. Ephes. 4. 24. Coloss. 2. 10. Irenaeus, Clemens Alexan-  
drinus, Origines, Gregor. Nyss. Ambrosius, Gelas. Cyrill Alex. Anselmus, Thomas etc. etc. . . . .

## De statu hominis.

Hucusque hominem generatim consideravimus, nunc speciatim expendendum est, quomodo ipse relate ad finem suum ultimum se in hac vita habeat, et aliquando post mortem habiturus sit. Et quamvis ex haecenus dictis pateat, nos homines

quoad corpus et animam a benignissimo creatore magnis  
praerogativis exornatos et ad nobilissimum finem desti-  
natos esse; ex altera tamen parte praesentem nostram  
statum considerantes probe cognoscimus nos a veritate et  
moralitate facillime deficere, virtutes non sine magna  
difficultate exercere, per inordinatas passiones, quas  
sentimus, saepe in devia abripi et etiam quoad corpus mul-  
tis miseriis repleti. Magni profecto momenti est ut inda-  
gemus, an etiam primi homines Adam et Eva in eodem  
statu, uti nos conditi fuerint, vel an meliorem et felicior-  
em conditionem adepti sint. Agitur hic de facto histo-  
rico, quod a liberrima supremi rerum omnium Auctoris  
voluntate dependet et quod ideo non ex ratione, sed solum  
ex revelatione cognosci et probari potest. Hanc regulam  
non attendentes et praedictam quaestionem ex principi-  
is philosophicis magis quam ex doctrina Revelationis sol-  
vere tentantes, in gravissimos errores prolapsi sunt. Non  
nulli dixerunt, Adamum et Evam in eodem statu conditos  
esse, in quo nos generamus ipsosque tam immunos quidem  
a peccato, sed nullis donis supernaturalibus exornatos

fuisse, ita sponderunt Pelagiani et eandem sententiam defendunt Sociniani et Arminiani, quibus Scripturae ad stipulantur. Alii e contra recte quidem docuerunt, hominem primum ita conditum fuisse, ut non solum a peccato, a morte et a praesentis vitae miseriis immunitus sed etiam iustitiae originis seu gratiae sanctificatione ornatus esset; atque ulterius progressi sunt ita, ut dicerent, statum, in quo primus homo conditus fuit eidem debitum fuisse et naturalem. Hunc errorem defendunt Lutherani, Calviniani et Sensitivae. Ex utroque errore falsa coniectura deducuntur, quae fundamentalibus religionis christianae dogmatibus adversantur. Ex priori enim inferitur, nullam esse gratiae necessitatem, nullum originale peccatum, nullam proprie dictam redemptionem et reparationem; ex posteriori deducitur concupiscentiam veram esse peccatum, hominem lapsum debitum esse libero arbitrio, opera bona nulla dari etc... Magnae igitur necessitatis est, ut vera de originario primo, rum hominum statu doctrina non ex principiis philosophicis sed ex divina revelatione hauriatur, declaratur et contra adversariorum sophismata defendatur. Ex divina au-

tem Revelatione discimus:

1<sup>o</sup> primos parentes in statu iustitiae et sanctitatis constitutos fuisse a Deo.

2<sup>o</sup> Cum originali protoparentum iustitia conjuncta fuisset eximiae tum animae tum corporis dona.

3<sup>o</sup> Statum iustitiae seu gratiae sanctificantis et felicitatis, in quo primi homines a Deo constituti sunt nullatenus eis debitum fuisse.

Haec tres propositiones declarandae et solide probandae sunt. Sit itaque

1<sup>a</sup> Primi parentes in statu iustitiae s. sanctitatis a Deo constituti erant. ~ ~

Donis naturalibus, quibus protoparentes quoad corpus etiam, nimiam indigni fuerunt, additum est a benignissimo Creatori etiam donum supernaturale, nimirum iustitia originalis, seu gratia sanctificans, per quam ad statum supernaturalis, scilicet et charitatis vinculo Deo uniti fuerunt, per quae ipsi habiles ac parati effecti sunt ad Deum tamquam

Summum bonum super omnia et propter semetipsum diligendum, quasi in consortium, ut ita me exprimam, naturae divinae clari, atque Deo vere ac perfecte veluti similes redditi sunt, ita ut essent non tantum ab omni errore ac peccato immunēs, sed vere iusti ac sancti, Deo chari et accepti, adoptivi eius filii, haeredes aeternae felicitatis et quidem supernaturalis, atque ad opera meritoria perficienda idonei.

Propositio haec ad fidem spectat, utpote ab Ecclā definita atque in SS. Litteris et Traditione contenta.

Quoad definitionem Ecclāe, patet ex Concilio Tridentino sessione V. c. 1. i. "Siquis non confitetur, primum hominem Adā, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem et iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, etc. . . anathema sit."

Et canone 2<sup>o</sup>: "Siquis Adāe praevagationem sibi soli, et non eius propagini cōserit nocuisse, et acceptam a Deo sanctitatem et iustitiam, quam perdidit, sibi soli, et non nobis etiam eum perdidisse: . . . anathema sit."

Nota: Quae estio agitur inter Theologos, utrum propter parentes cum donis naturalibus creati statim etiam ex iniis illis, quae ha,

Nota:



buerant, donis statim ab initio conditi sunt, aut vero haec  
iisdem in naturalibus creatis Dei largitate dein superaddita  
sunt? Relate ad hanc quaestionem hoc imprimis ut certum  
tendum est: Omnes theologos catholicos unanimi consen-  
su docere Adamum ante lapsum iustitiam supernaturalem  
seu gratiam sanctificantem a Deo accepisse. Non tamen ita  
consentiunt circa tempus, quo donum illud supernaturale  
danno concessum fuit. Communior et longe probabilior senten-  
tia est eorum, qui dicunt primos parentes in ipso creationis  
momento cum donis naturalibus etiam gratiam sanctifi-  
cantem ablinuisse et in iustitia et sanctitate supernatu-  
rali conditos fuisse. Ita S. Thomas. Suarez, et recentiores fere om-  
nes. Nonnulli autem Theologi veteres distinguunt iustitiam ori-  
ginalem seu in ipsa creatione acceptam a gratia sancti-  
ficante: illam reponunt in rectitudine quadam et sancti-  
tate tum corporis tum animae, qua poterit homo facillime  
ea, quae sunt ordinis naturalis adimplere, ac contendunt  
prius in illa originali iustitia conditum hominem fuisse;  
tum vero illum et quidem ante eius lapsum mox post cre-  
ationem a Deo sanctificantem gratiam accepisse, per quam  
eocetus fuit ad ordinem supernaturalem. ~ ~

Primi autem illi, qui simul haec omnia homini a Deo data fuisse contendunt, censent inseparabilem esse justitiam originalem a gratia sanctificante sive ab elevatione primi hominis ad statum supernaturalem; hanc enim gratiam sanctificantem spectant in Adam veluti principium et originem ceterorum bonorum, quae ipse assecutus est ab ipsa sua creatione. Ita S. Thomas p. 1. q. 95. a. 1. ubi ad majorem eorum, quae proferuntur, perspicuitatem obiter notandum est, complexionem donorum, quae sub nomine justitiae originalis comprehenduntur, includere tum dona supernaturalia strictè sumpta, quae extollunt naturam super suam conditionem, cujusmodi sunt gratia sanctificans, virtutum theologicarum habitus etc., ..., tum dona illa, quae supernaturalia eo sensu dicuntur, quod naturam ipsam perficiunt in suo ordine et sic eam non elevent supra conditionem suam, cujusmodi sunt integritas, immunitas ab aerumnis, perfecta subjectio cupiditatum ad rationis imperium etc. quae tamen natura per se non exposcit, sed contrarium potius sua conditione spectata exigeret, prouti est immortalitas. Haec autem tria licet in Adam innocente conjuncta fuerint, possunt tamen ab invicem separari, cum corcipi possit, homo elevatus

per gratiam sanctificantem, sed absque integritate et immor-  
talitate; vel homo integritate praeditus absque elevatione  
per gratiam sanctificantem, vel homo integer et elevatus abs-  
que immortalitate vel denique homo suae conditioni relictus  
absque ullo istorum donorum. In Adam vero ejusmodi dona in-  
ta congesta erant, ut reliquorum conservatio in se et in poste-  
ris penderet a conservacione primi nempe gratiae sanctifi-  
cantis. Quod si homini per Adami merita restituitur gratia  
sanctificans cetera tamen eidem saltem in hac vita non re-  
stituantur. Hinc in Adam gratia sanctificans potest specta-  
ri relate ad cetera bona ad instar causa; reliqua vero ad  
instar effectus. His positis!

Ecc. 7. 30

1<sup>a</sup> thesim ex N. Litteris. Ecclesiastes ait: Solummodo hoc  
inveni, quod fecerit Deus hominem rectum, quod non solum  
de rectitudine morali; sed praecipue de justitia et sanctitate  
supernaturali intelligendum est, quia per hanc solum  
homo vere rectus coram Deo ad destinationem suam aptus,  
justus et sanctus fit. De hoc primi hominis privilegio Ter-  
monem esse, patet ex ipsa voce hebraea  $\text{יָשָׁר}$  rectum, nam  
haec vox adhibetur tum ad sanctitatem Dei exprimendam tum

ad significandos homines, qui per justitiam seu gratiam  
sanctificantem Deo uniti sunt ut ex. gr. Num. 23.10:

Num. 23.10

"Moriatur anima mea morte justorum", ubi verbum idem

קִיָּם, redit, idem habemus quoque Deut. 32.4: "Deus fi-

Deut. 32.4.

delis... justus rectus." Et Psalm. III. 11. "Salvus fuit rectos

corde" et Psalm. 32. 1. "Exultate justi in Domino, rectos

Ps. 32. 1.

debet collaudatio." Ubi juste indolem poëseos hebraicae in al-

tero membro repetitur, quod in primo prolatum fuit, hinc

"justi" idem ac "recti". Ergo omni jure ex citato loco infer-

tur, Deum ita hominem fecisse, ut esset rectus i.e. justus,

etiam et sanctitate supernaturali ornatus. -

Hoc idem ex Genesi: eruitur: Deus enim creator ad Adam di-

Gen. 1. 26.

xit: "Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem

nostram." Per imaginem animae autem facultates animae

naturales, per similitudinem vero donum supernaturale

gratiae sanctificantis intelligi debere superius probavimus.

Innotuit denique pro praesenti dogmate argumentum

suppeditant verba Pauli, quibus praecipimur renovari, ut

Ephes: "Renovamini autem spiritu mentis vestrae, et

Paul. Ephes. 4. 23-24

Colos. 3. 9.

et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est, in justitia et sanctitate veritatis. Et ad Coloss. 1. Exponantem vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum eum, qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus, qui creavit illum. Porro qui renovari jubetur, ut observat Bellarm. fuit aliquando novus.

Quod si renovatio in eo posita est, ut induamus hominem Christo similem, creatum secundum Deum in justitia et sanctitate veritatis, fuimus igitur aliquando, in primo videlicet parente nostro, homines novi, conditi secundum Deum in justitia et sanctitate veritatis, seu quod idem est, primi parentes fuerunt a Deo in justitia et sanctitate constituti.

Traditio SS. Patrum patet ex indicatis sententiis SS. Patrum superius, qui per similitudinem divinam in homine rectitudinem moralem, justitiam seu gratiam sanctificationem intelligunt. —

Una cum iustitia et sanctitate conjuncta e,  
rant in primis parentibus eximia tum animae tum  
corporis donec.

Divina revelatio docet, primos parentes quoad animam et cor,  
pus perfectiores et beatiores nobis fuisse; nam cum illorum ju-  
sticia et sanctitate conjuncta erant alia eximia donec:

- 1<sup>o</sup> nimirum sublimis scientia
- 2<sup>o</sup> recte ordinata voluntas
- 3<sup>o</sup> plenum dominium in animae
- 4<sup>o</sup> immortalitas quoad corpus, et
- 5<sup>o</sup> felix vita omnis perturbationis et miseriae experta. —

Et haec praepositio ad fidem pertinet ex eodem supra ci-  
tato concilio Tridentino, quod Sessione I. c. 1. ita definiit:

„ Si quis non confitetur, primum hominem Adam, eum manda-  
tum Dei in paradiso quiescit transgressus, statim sanctitatem  
et iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse incurrisseque  
per offensam praevocationis huiusmodi iram et indignatio-  
nem Dei atque ideo mortem, quam antea illi comminatus

fuerat. Anathema sit  
Deus et cum morte etc. vertatur

Deus et cum morte captivitatem sub eius potestate, qui mor-  
tis deinde habuit imperium hoc est diaboli, totumque A.,  
Dam per illam praevaricationis offendam, secundum corpus  
et animam in deterius commutatum fuisse, anathema  
sit!! Ex quibus verbis patet non nisi ex peccato venisse,  
quod Adam secundum corpus et animam in deterius  
mutaretur, unde prius Adam in illo statu non fuit, sed  
praeditus utique fuit non solum sanctitate et iustitia  
sed etiam insuper immortalitate et firma corporis et a-  
nimae habitudine seu rectitudine; canone autem IV<sup>o</sup>  
idem Concilium declarat concupiscentiam ex peccato esse,  
ergo. —

Quae propositio facile per partes ostendi potest et primo  
1<sup>o</sup> quidem quoad Scientiam notissima sunt verba Ecclesiastici  
c. 17. v. 5-6., ubi nempe aperte declaratur mentem pro-  
toparentum non solum ab erroribus et praeiudiciis, pericu-  
lis et difficultatibus liberam, sed et magna facilitate se ex-  
serentem atque elatam, cognitione rerum tum naturae  
tum ad religionem, eamque non tantum naturalem, ve,

rum etiam Supernaturalem pertinentem, absurde in-  
 structam fuisse. Etenim ita loquitur: Creavit illis scientiam  
spiritus, sensu/intellectu/implevit cor/animum]  
 illorum, et bona, et mala ostendit illis. Quibus verbis non  
 obscure tum scientia supernaturalis, tum naturalis indi-  
 catur. Supernaturalis quidem cum dicitur: Creavit illis  
scientiam spiritus, sensu implevit cor illorum, quae vi-  
 dentur innuere gratiae munus, cuius est illustrare mentem  
 et animum promovere. Naturalis autem dum dicitur:  
Bona et mala ostendit illis, quae tam de cognitione fu-  
 ris naturalis tum de ceterorum notitia intelligi possunt.  
 Quibus verbis accedunt, quae Gen. II. 19. leguntur de nomi-  
 nibus animantibus & brutis impositis ab Adam, quae  
 eorundem naturae congruerent ut insinuant verba illa:  
Omne enim, quod vocavit Adam animae viventis, ipsum  
est nomen eius, ad quod certe sublimis scientia necessa-  
 ria est. Quod tandem ex eo patet, quod Adam constituens  
 datus esset pater et doctor omnium seu totius generis huma-  
 ni. ~

Ecc. 17. 5-6.

2<sup>o</sup> De altero charismate seu de perfecta ordinatione volun-



tatis idem patet. Voluntas enim non tantum nullis  
vis affectibus vitata fuit, sed et nullis pravis motibus  
exagitata, adeo ut inferiores corporis vires rationi, ratio  
autem Deo perfecte subderetur, ac summa in primi homi-  
nis animo inesset pax, cum nec caro concupisceret adver-  
sus spiritum nec spiritus adversus carnem. Non pote-  
rat caro spiritui rebellis fieri, nisi ipse fieret rebellis  
Deo. In potestate tamen spiritus fuit, rebellem Deo fieri,  
aut non fieri.

Perfecta autem haec corporis ad animam, et inferiorum hu-  
jus virium ad superiores subjectio, non tantum  
a) ex supra laudata perfectione, a Deo ipso declarata, rerum  
creatarum colligitur, sed et  
b) ex eo, quod refert Moyses Genesi, ubi nempe dicitur de pro-  
toparentibus: "Erat autem uterque nudus et non erube-  
bant", et hoc fuit ante peccatum. Capite autem III<sup>o</sup> de iisdem  
post peccatum dicitur: "Aperti sunt oculi amborum cum,  
que cognovissent, se esse nudos etc.... Ergo ante pecca-  
tum habuerunt primi parentes speciale donum, quo appetitus co-  
rum contineretur, ne contra rationem indurgeret, qd donum per pe-  
ccatum amiserunt. ~ ~ .

Gen. II. 28.

Gen. III. 7

v. 14. quasi filia obediens — i. e. quasi filia obediens  
non con... etc) i. e. non cedentes deiviteria vestra et  
concupiscentias, quibus servichalis tempore gentilitum,  
cum pluribus coronibus saebamici.

v. 15. i. e. et sancti edole, ut est sanctus ille, qui vos  
ad fidem vocavit, ad gloriam et ad salutem — hoc  
est in, quod docuit Chr. Mat. c. c. v. 48 — estote sicut  
perfecti, sicuti etc — i. e. multo magis sancti sicut  
quoniam iam in antiquo foedere id ipsum Deus  
portulavit.

v. 17. sensus: et si humiliter Patrem, qui in vos co-  
gnovit proda vestra, ex corde quoque et ex mente  
vestra ipsi serviamus tempore vitae vestrae.

v. 18. adhuc rationem reddet, quare sancti esse debemus  
et ex corde Deo servire — in sumptu haec, quod accipimus  
proleis redempti sumus. — sed proleis reagat  
Christi, qui scil. fractus fuit hujus vitae  
alterius — de vobis vestra etc scilicet de vane  
et prava ratione vivendi, quam secuti  
vel in Judaismo vel in gentilitate — sic a  
parendis vestris edoceri — ~~sed~~ quare T. T.

Chr. eam quo comparat, patet etiam exiade,  
quoniam in antiquo foedere agas patriarchali  
solum Christi habebatur — praecogitum

Christi — qui scil. Chr. ante mundi conditio nem  
procedebatur fuit — manifestati autem per  
incarnationem, vitam, mortem, resurrectionem et  
predicationem apostolorum — non videtur.


hinc scil. quibus vos vivunt — propter  
vos i. e. propter sal. vestram — in quantum  
salus ista per Chr. oblatam coartata

v. 21. et 22 et 23. — amicitias vestras carificantes  
hoc est a peccatis purificantes et in castitate ten  
relet.

Frybici  
X. Metella

in obedientia veril. i. e. veritatem acceptant  
(et facientes idem) et expleat

Z księgozbioru  
Stanisława Spittala  
Dział, ..... No, .....



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

[www.digital-center.pl](http://www.digital-center.pl)

[biuro@digital-center.pl](mailto:biuro@digital-center.pl)

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

**Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.**

**Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.**

**All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.**